Literæ Ducales pro habendis informationibus progreſſus, & ſtatus Studii Papiæ. 10. Novembris.

Super electione Uſurarii, qui mutuet ſuper libris Scholarium. 6. Decembris.

Formula Incantus pro reparatione Bancharum fiendarum in Scholis Studii Papiæ.

1403. Subrogatio Magiſtri Beltramini de Pomate ad Lecturam Sacræ Paginæ loco Magiſtri Joannis de Crivellis cum ſalario. 16. Aprilis.

Relatio Rectoris Medicinæ, & Artiſtarum ſuper controverſia Scholæ inter DD. Bartholomæum de Dynis Juris, & Luchinum de Belloculis Medicinæ Lectores.

Literæ Ducal. cum proviſione ſuper dicta controverſia. 4. Maii.

Literæ Ducal. pro ſalario D. Stephani de Barberiis Lectoris Juris, ſolvendo ad formam Decret. Ducal. 5. utſupra.

Supplicatio ejuſdem D. Stephani enunciata in ſupraſcriptis Literis.

Electio Magiſtri Matthæi de Vittudono ad Lecturam Phyſicæ, cum Mandato, ut eidem provideantur Scholæ opportunæ. 7. utſupra.

Pro eodem Magiſtro de Vittudono ſuper declaratione ejus ſalarii.

rii. 10. utſupra.

Pro Magiſtro Bernardo de Manganis, ut continuare habeat Lecturam Medicinæ cum ſalario &c., etiam pro tempore ejus abſentiæ ad Romanam Curiam. 20. utſupra.

Literæ Univerſitatis, Lectorum, & Scholarium Studii Papiæ adhuc Placentiæ degent., ut DD. de Proviſione acceptent quædam Capitula pro eorum reverſione. 23. utſupra.

Capitula 17. petita utſupra.

Reſponſiones Civitatis Papiæ ſuper prædictis Capitulis 17., cum eorum remiſſione ad Excelſos DD. Duces &c.

Literæ Civitatis Papiæ ad Principem, ad gratiarum actionem pro reſtitutione Studii ad ipſam Civitatem. 5. Junii.

Electio ad cuſtodiam Scholarum Beltramoli de Ayroldis. 11. Julii.

Literæ Ducales, ut ſolvantur ſalaria Lectorum. 21. utſupra.

Super retroactis lectionibus a Magiſtro Bartholomæo de Pomerio, & Petro de Caſtelletto Lect. Sacræ Paginæ in Civitate Papiæ, adimpletis etiam tempore quo Studium translatum erat Placentiæ, & Informationes &c. 11. Septembris.

Informationes ſuper conſtructione Bancharum, & reparatione &c. in Scholis Conventus S. Thomæ Papiæ, etiam tempore, quo Studium translatum fuerat Placentiæ &c. 11. utſupra.

Capitula ſuper conſtructione ipſarum Bancharum deliberat. Jacomo de Monte Joco &c. anni ſuperioris.

Capitula per Civitatem Papiæ porrecta Philippo Maria Vicecomiti novo Principi &c., & quartum circa Studium. 12. utſupra.

Edictum pro libero acceſſu Scholarium, & Doctorum ad Studium Papiæ, cum relatione publicationis. 7. Octobris.

Supplicatio quorundam Scholarium ſuper facto Domus ad uſum eorum habitationis.

1404. Literæ Ducales pro ſalario DD. Roberti de Fronzula, Antonii de Tuſſignano, & Petri de Caſtelletto. 3. Januarii.

Literæ Magiſtratus pro ſolutione utſupra. 4. utſupra.

Mandatum Ducal. pro reſtitutione Florenor. 1200. D. Joanne Antonio de Sartirana, qui dictam ſummam Principi ſubvenerat cauſa ſatisfaciendi Lectoribus Studii. 15. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii Magiſtro Gaſparino de Pergamo Lectore Grammaticæ. 16. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii Lectorum Profitentium, non obſtante quocumque alio ordine in contrarium. 21. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii D. Donino de Garimbertis Lector. Jur. Civilis. 22. utſupra.

Quod Juſdicentes intrare habeant ad Banchum poſt finitam Campanam Studii, & poſt diſceſſum Lectorum, & Scholarium &c. 24. utſupra.

Oblatio Cereorum, & Blavii facta

ta per Rectorem, & Univerſitatem Artiſtarum Studii Papiæ ad Altare S. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris, & ejuſdem Studii Patroni, in feſto ejuſdem Sancti, cum promiſſione perpetuæ continuationis, ex Rogit. 28. utſupra.

Literæ paſſus, & exemptionis Datiorum Catharinæ, Uxoris Egr. Magiſtri D. Petri de Tuſſignano Legentis in Studio Papiæ. 5. Februarii.

Notula expenſarum factarum pro reparatione, & reaptatione Scholarum &c. 8. utſupra.

Actus Proviſionis Conſilii Duodecim Sapientum Papiæ pro publicatione Statutorum noviter conditorum pro Collegio Nob. DD. Advocatorum, & Judicum ejuſdem Civitatis. 13. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii D. Benedicto de Plumbino Lectore Ordinario Jur. Civilis. 19. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii D. Auguſtini de Pezanis. 28. utſupra.

Supplicatio Fratrum de Sclafenatis pro ſolutione penſionis Scholarum tempore, quo Studium reſſedit Placentiæ &c.

Literæ pro ſolutione penſionis dictis de Sclafenatis. 3. Martii.

Literæ pro ſolutione penſionis Hæredum de Corneriis. Dicta die.

Supplicatio dictorum Hæredum cauſa utſupra.

Viſitatio, & taxatio dictæ Penſionis juxta æſtimationem.

Literæ cum proviſione ad ſupplicata ſuper excidio Manfredini de Comite, & invaſione in bonis Ludovici de Caneva Nova Lectoris &c. 9. utſupra.

Supplicatio dictorum de Comite, & Caneva Nova circa factum prædictum &c.

Deſſignatio plurium Datiorum Civitatis Papiæ pro ſolutione expenſarum Studii, & ſtipendiorum Lectoribus. 11. utſupra.

Literæ Ducales pro informatione ſumenda ſuper arreſto, & detentione Antonii de Caxellis Scholaris &c. 26. utſupra.

Supplicatio Univerſitatis cauſa detentionis dicti Scholaris.

Literæ Paſſus, & exemptionis Magiſtro Marſilio de Sancta Soffia, cum Uxore, & Familia. 18. Aprilis.

Electio Jacobi de Novaria ad Officium Bidelli Generalis Studii Papiæ. 21. utſupra.

Pro ſalario D. Benedicti de Plumbino. 28. utſupra.

Pro ſalario Magiſtri Joannis de Cattalonia. 2. Maii.

Subrogatio D. Bartholomæi de Dynis ad Lecturam Sexti, & Clementin., loco D. Roberti de Fronzula. 15. utſupra.

Pro exemptione ab oneribus D. Chriſtophori de Malletis Legum Doctoris, cum ſupplicatione &c. 1. Junii.

Electio Magiſtri Antonii de Caſtro Novo Tertiorum ad Officium Bidellatus Studii Papiæ. 4. utſupra.

Confirmatio D. Moneghini de Quareſimis in deputatione ſuper extimo Domorum locandarum Scholaribus Studii. 7. utſupra.

Solutio expenſarum factarum in Scholis Magiſtri Petri de Caſtelletto. 27. Junii.

Pro immunitate ſervanda Lectoribus, Scholaribus, & Inſervientibus Studio Papiæ. 22. Julii.

Pro ſalario Magiſtri Bartholomæi de Pomaſio, & Petri de Caſtelletto Lectorum Theologiæ. 6. Septembris.

Pro ſolutione penſionis Scholarum in Conventu S. Thomæ. 9. Septembris, & 6. Novembris.

Literæ, & Edictum pro publicatione aperitionis annualis Studii. 16. utſupra.

Electio, & deputatio D. Bombergerii de Inviciatis Alexandriæ ad inquirendas Domos pro Scholaribus, & Lectoribus Studii. 7. Octobris.

Promotio ad Lecturam Sexti, & Clementin. D. Ambroſii de Bozulis ad inſtantiam Rectoris Univerſitatis, & Scholarium. 9. utſupra.

Literæ cum Rotulo Lectorum hujus anni. 10. utſupra.

Lit. Ducal. pro augmento ſalarii Magiſtri Auguſtini Calzacarariæ Lectoris Chirurgiæ. 12. utſupra.

Similes pro augmento ſalarii D. Raphaelis de Raymondis Lectoris Jur. Civilis. Dicta die.

Similes pro augmento ſalarii D. Bartholomæi de Dynis Lectoris Jure Canonici. 18. utſupra.

Pro anticipatione ſalarii Magiſtri Andreæ de Furmentis Lectoris Medicinæ. 31. utſupra.

Pro ſalario Magiſtri Bartholomæi de Caziis Lectoris Theologiæ. 6. Novembris.

Pro immunitate Univerſitatis ab oneribus, & pro manutentione Privilegiorum. 13. utſupra.

Pro immunitate Univerſitatis circa Cuſtodias. 29. utſupra.

Pro exemptione ab Oneribus, & Taleis Ambroſii de Bozulis Lectoris Juris Canonici in Studio Papiæ, Filii quond. Doctoris, & Milit. D. Amicini &c. 21. Decembris.

1405. Pro ſolutione facienda Lectoribus Legentibus in Studio Papiæ de eorum ſalariis. 21. Januarii.

Pro ſolutione ſtipendii D. Donino de Garimbertis de Parma Lectori Juris Civil. in Studio &c. 24. dicti.

Pro ſolutione expenſarum factatarum in Scholis, in quibus legunt DD. Chriſtophorus de Meltio, & Benedictus de Plumbino. 14. Februarii.

Electio ad Lecturam Extraordinarior. Digeſti Veteris, & Cod. D. Nicolai de Lalata Parmenſis cum ſalario Flor. 100. in anno. 25. utſupra.

Pro Michaele de Rubeis, ut poſſit includere in ſua Domo modicum ſitum prope Scholas Studii Papiæ. 30. Aprilis.

Actus Proviſionis Civit.

Pro ſolutione Penſionis Scholarum Studii exiſtentium in Conventu S. Thomæ. 15. Junii.

Lit. cum Rotulo Lectorum, & aſſignatione ſalarii.

1406. Literæ Ducales cum Rotulo pro ſolu-

ſolutione Salarii Lectorum. 23. Februarii.

Pro ſalario ſolvendo Magiſtro Joanni de Traverſis de Cremona, qui rediit ad Studium in Lectura Grammaticæ, & Auctor. 7. Septembris.

1407. Pro Immunitate Lector. Scholarium, & Inſervientium Studii Papiæ a vigiliis nocturnis, & diurnis cum notula Scholarium. 19. Januarii.

Pro continuatione Magiſtri Gaſparini de Pergamo ad Lecturam Grammaticæ, & Rethoricæ, media conventione cum Magiſtro Joanne de Traverſis, cum diſtributione ſtipendii. 24. utſupra.

Pro Matthæo Vittudono confirmato ad ejus Lecturam Ordinariam Medicinæ cum ſolito ſalario. 25. Februarii.

Dimiſſio Magiſtri Gaſparini, & ſubſtitutio Magiſtri Joannis de Cremona cum ſalario. 12. Martii.

Electio ad Lecturam Philoſophiæ D. Chriſtophori de Ghiringhellis ad inſtantiam Rectoris Artiſtar. 16. Martii.

Pro ſolutione ſalarii ſoliti Magiſtro Matthæo de Vittudono. 2. Aprilis.

Dimiſſio Magiſtri Antonii de Lomello, & ſubrogatio Magiſtri Uberti Campelli ad Lectur. Cyrogiæ cum ſalario. 11. utſupra.

Confirmatio ad Lecturam Cyrogiæ Magiſtri Antonii de Lomello ad inſtantiam Rectoris, & Scholarium ejuſdem Studii. 14. utſupra.

Electio Magiſtri Pauli de Cambiago Ord. Heremit. ad Lecturam Sacræ Paginæ. 21. utſupra.

Pro immunitate DD. Lectorum, & Doctorum de Collegio a Cuſtodiis nocturnis. 2. Maii.

Proviſio Civitatis pro ſolutione additamenti facti D. Chriſtophoro de Ghiringhellis. 22. utſupra.

Electio Joannis de Marliano in Cuſtodem Scholarum Studii Papiæ. 22. utſupra.

Dimiſſio Magiſtri Bernardini de Mangano, & electio Magiſtri Luchini de Belloculis ad Lecturam Medicinæ cum ſalario. Die utſupra.

Pro Magiſtro Antonio de Lomello Artium, & Medicinæ Doctore, ut legat cum Magiſtro Uberto de Zavatarello. 14. utſupra.

Electio D. Petri de Beſutio ad Lecturam Jur. Civilis loco D. Signorini de Homedeis &c. cum ſalario. 29. utſupra.

Edictum, quod nulli Doctores, aut Scholares ſe abſentent a Studio Papiæ. 6. Auguſti.

Literæ cum Rotulo Lectorum, & Mandato ſolutionis ſalarii. 18. Novembris.

1408. Electio, & confirmatio Ambroſii dicti Pergamini de Pergamo ad Officium Bidel. Studii Papiæ ad requiſit., & inſtantiam Rectoris ejuſdem Univerſitatis. 18. Januarii.

Edictum de Libris a Civitate non aſportandis 12. 24. & 26. Martii.

Pro reaptatione, & accomodatio-

ne Domus Communis Papiæ ad uſum Scholarum, & quod inhibi transſportetur Studium, & dimittendis omnes aliæ Domus ad dictum uſum inſervientes. 22. Septembris.

Literæ cum Rotulo Lectorum, & Mandato pro ſolutione ſalarii. 18. Octobris.

Expenſæ factæ in tranſmutatione Scholarum ad Domum Communis Papiæ, & tranſportatione Bancharum, & aliorum &c. 19. utſupra.

Pro diminutione, & detractione ſtipendiorum Lectoribus Studii Papiæ donec &c. cum Notula reductionis. 19. utſupra.

Pro Magiſtro Jacobo de Georgiis Magiſtro Grammaticæ, ut eximatur ab onere cuſtodiarum. 31. utſupra.

De exemptione DD. Doctorum ab obligatione cuſtodiæ nocturnæ. 22. Novembris.

Augmentum ſalarii Magiſtro Chriſtophoro de Ghiringhellis. 30. utſupra.

1409. Cum calamitatibus, quampluribus opreſſa fuerit hoc anno Papiæ Civitas, & neſciret quomodo providere valeret expenſis, quibus gravata erat actum eſt in Conſilio de minuendo Studio, reducti fuerunt Lectores ad numerum ſeptem tantum &c. *Act. Civit. &c.*

Relatio publicationis Proclamatis de non aſportandis libris. 29. Januarii.

Pro ſolutione Penſionis Domuum, in quibus antea Legebant Doctores Studii. 20. Maii.

Literæ cum Rotulo Lectorum, & aſſignatione Salarii. 18. Octobris.

1410. Literæ cum Rotulo Lectorum, & Mandato pro ſolutione ſalarii. 18. Octobris.

1412. Edictum invitatorium ad Studium renovatum, & reformatum. 18. Julii.

Literæ pro aperitione Studii cum publicatione Edicti. 27. utſupra.

Conſil Proviſ. XII. Sapientum Civitatis Papiæ pro electione Delegator. ad Principem pro concernentiis Civitatis, & Studii. 25. Auguſti.

Literæ Civitatis Sereniſſimo D. Duci Mediolani, credentiales favore Oratorum Deputatorum pro exponendis quampluribus inſtantiis cauſa ſtudii, & in ipſis de antiquitate ejuſdem Studii.

Aliæ ſimiles Sereniſſimæ D. Duciſſæ, pro ejus Patrocinio favore ejuſdem Studii. Die utſupra.

Mandatum pro ſolutione expenſarum factar. per DD. Delegatos Civitatis ad Principem ex cauſa Studii. 31. utſupra.

Edictum pro aperitione Studii &c. ubi pariter multa de antiquitate, & origine Studii generalis Papiæ &c.

Supplicatio Joannis de Marliano Cuſtodis Scholarum, ut præſervetur a cuſtodiis.

Literæ Ducales pro aperitione Studii &c. 30. Septembris.

Literæ cum Rotulo Lectorum, & deſignatione Cathedræ, & aſſignatio-

gnatione ſtipendii. 7. Octobris.
Preces Joannis de Marliano Cuſtodis Scholarum, & Bidelli Raphaelis de Raymundis pro ſolutione eorum ſtipendiorum, & pro exemptione ab onere cuſtodiarum. Die utſupra.
Literæ cum Edicto pro aperitione Studii &c. 12. utſupra.
Electio D. Jacobi Mangiariæ ad Lectur. Ordin. Jur. Civil., attenta remotione D. Chriſtophori Malletæ. 13. utſupra.
Literæ aliæ pro aperitione utſupra. 17. utſupra.
Inſtantia, & ſupplicatio Lectorum pro ſolutione eorum ſtipendiorum &c. 20. Novembris.
1414. Subrogatio Fratris Albertini de Vercello ad Lecturam Phyſicæ loco Magiſtri Chriſtophori de Gringhelis cum ſalario. 3. Februarii.
Actus Conſilii Proviſ. Papiæ pro conſtructione Campanarum, & præcipue pro ea ad uſum Studii &c. 26. Novembris.
1415. Pro ſalario Lecturæ Loycæ dividendo inter Magiſtr. Antonium de Bernadigio, & Girardum de Berneriis ad inſtantiam Univerſitatis, cum ſupplicatione. 20. Martii.
Capitula inter Philippum Mariam Vicecomitem noviter in Mediolani Ducem electum, & Civitat. Papiæ, & pro Studio ejuſdem cum reſponſione affirmativa. Dicta die.
Electio Magiſtri Joannis de Traverſis de Cremona ad Lecturam Rethoricæ, & Auctorum cum augmento ſalarii. 17. Auguſti.
Supplicatio pro Magiſtro Bernardino de Pomario, ut remittatur ad Lecturam ſuam, cum ſalario. 27. Septembris.
Rotulus Lectorum cum deſſignatione Cathedræ uniuſcujuſque, & aſſignatione ſtipendii. 13. Octobris.
Salvus Conductus Scholaribus etiam exteris, & ab hoſtilibus partibus provenientibus, pro accedendo ad Studium Papiæ, non obſtante &c. 15. Octobris.
Electio Magiſtri Gyrardi de Berneriis ad Lecturam Loycæ cum ſalario. 26. utſupra.
Electio Joannis de Gudolengo ad cuſtodiam Scholarum loco Joannis de Marliano, cum ſalario &c. 9. Novembris.
Literæ Ducales reſponſivæ Civitati ſuper exceſſu commiſſo contra Rectorem Studii, ubi multa ad ejuſdem Rectoris honorem, & prærogativas. 28 utſupra.
1416. Partitum Officii Proviſionum Civitatis Papiæ ſuper exemptione ſervanda, nec ne Lectoribus ab impoſitionibus &c., ubi conceſſio pro affirmativa ſervandæ immunitatis ad formam Privilegiorum, & antiquarum conſuetudinum. 19 Februarii.
Confirmatio Antonii Marzarii de Caſtro Novo ad Lecturam Cirogiæ cum ſalario. 25. utſupra.
Aliud partitum Proviſ. Civitat. Papiæ, an Doctores, & Scholares ſolvere debeant Datium Imbo-

tatus

tatus Panis, & Vini noviter impoſiti. 27. utſupra.

Statut., ſeu Ordinat. Univerſitatis Studiorum Papiæ pro oblatione facienda ſingulo anno ad Eccleſiam S. Guniforti. 19. Aprilis.

Literæ Ducales D. Poteſtati Papiæ ſuper ejus juriſdictione in emergentibus Scholarium ubi limitative pro tuitione Privilegiorum Univerſitatis. 7. Maii.

Electio Magiſtri Matthæi de Berettis ad Lecturam Notariæ, cum ſalario. Primo Junii.

Literæ DD. XII. Proviſionis Papiæ ad primum Camerarium Principis, ut ſolvantur ſtipendia Lectoribus, ubi multa notabilia &c. 5. utſupra.

Proviſio ſuper petitis in antecedenti inſtantia, cum aſſignatione ſuper taxa Imbotatus &c. 5. Auguſti.

Edictum pro reformatione, & aperitione Studii. 13. Octobris.

Atteſtationes Rectoris Studii favore Bellotti Chartarii, de ejus ſervitio ad Studium pro immunitate. 14. Decembris.

Rotulus Lectorum, & deſignatione ſtipendiorum.

1417. Subſtitutio D. Catonis de Sacchis ad Lecturam extraordin. ordinariorum Jur. Civil. cum ſalario, loco D. Jacobi de Azonibus. 21. Martii.

Literæ cum Rotulo pro ſolutione ſalarii Lectorum. 17. Octobris.

Pro continuatione Antonii de Vidulengo ad cuſtodiam Scholarum cum ſtipendio. 27. utſupra.

1418. Subſtitutio D. Matthæi de Canibus ad Lecturam Voluminis cum ſalario, loco D. Franciſci de Bertonis 30. Aprilis.

Supplicatio Univerſitatis pro immunitate Lectorum, Scholarium, & Bidellorum ab oneribus. 25. Maii.

Literæ Ducales cum Mandato, ut ſervetur dicta immunitas juxta formam Statutorum. Die utſupra.

Approbatio nominationis factæ per Civitatem &c. Magiſtri Jacobi della Giarola ad Lecturam Auctorum cum ſalario ſolvendo per ipſam Civitatem. 22. Junii.

Supplicatio Univerſitatis, & Collegii pro D. Joanne de Coſtis, & Sociis Subditis Illuſtriſſimi D. Ducis Sabaudiæ, qui venerunt Papiam ad habendum Conſilium in Jure &c., ne moleſtetur pro numis exteris introductis, & ſuſpectis &c. 2. Auguſti.

Literæ Ducales pro relaxatione Bonorum dictorum Coſtæ, & Sociorum pro cauſa utſupra. 5. utſupra.

Supplicatio eorundem DD. Coſtæ, & Sociorum pro cauſa utſupra.

Literæ ad Refferendarium Papiæ pro expeditione dictæ cauſæ. 19. utſupra.

Pro liberatione, & relaxatione utſupra. 28. utſupra.

Literæ cum Rotulo Lectorum, &

pro

pro ſolutione ſalarii. 10. Octobris.

Pro D. Chriſtophoro de Piſcariis, ut habeat augmentum ſalarii. 16. Novembris.

Subſtitutio Magiſtri de Medicis ad Lecturam Cyrugiæ, cum ſalario, attento receſſu Magiſtri de Caſtro Novo. 5. Decembris.

1419. Bulla donationis, & conceſſionis Martini Papæ V. de Domibus, quæ antea fuerunt Magiſtri Petri Filardi de Candia, ſucceſſive Alexandri Papæ V. ſit. in Papia &c. nomine Cameræ Apoſtolicæ DD. Fratribus de Caſtillionæis Nepotibus Cardinalis Brandæ, in quibus nunc eſt Collegium Caſtillionæum. 4. Februarii.

Bulla commiſſionis in Epiſcopos Concordien., Placentinen., & Papien. pro executione ſupraſcriptæ donationis. Dicta die.

Electio Magiſtri Aloyſii de Fraſcarolo Ord. Min. ad Lectur. Theologiæ loco Magiſtri Petri de Tortis, cum ſalario, Literæ Duc. 28. Martii.

Pro Credito Hæredum de Corneriis cauſa penſionis Scholarum, quod fiat compenſatio ſuper condemnatione Ludovici Cornerii Filii &c. 5. Aprilis.

Literæ Ducales confirmantes electionem D. Emanuel de Parma in Rectorem Artiſtar. 24. Aprilis.

De ſervanda conſuetudine introducta circa ſolemnia explenda per Laureandos, non obſtante Statuto. Dicta die.

Bulla ejuſd. Martini V. Pontificis pro confirmatione antedictæ Donationis, etiam pro quoq. jure Tertii. 8. Maii.

De electione Prioris Collegii Medicorum, an poſſit fieri, etiam de forenſibus. Primo Junii.

Literæ pro publicatione Edicti, ut Subditi Legentes, & Studentes accedant ad Studium Papiæ, ſub pæna indignationis &c. 31. Julii.

Literæ cum Rotulo, & Mandato pro ſolutione ſalar. &c. 2. Decembris.

Lit. Duc. pro tempore ſolutionis ſtipendiorum, & de aliis providentiis circa Studium. 4. utſupra.

1420. Electio ad Lecturam Medicinæ Ordinariæ Magiſtri Joannis Marci de Parma, cum ſalario &c. per mortem Magiſtri Bedini de Biſcoſſiis. 9. Januarii.

Pro ſalario ſolvend. D. Chriſtophoro de Caſtilliono. 29. Aprilis.

Aliæ Literæ pro eodem &c. ſuper eodem. 2. Maii.

Delegatio Communitatis Papiæ in Perſonam Egr. D. Matthæi de Canibus Lectoris, pro exponendis Excellentiſſimo Principi non nullis concernentiis ad ipſum Commune, & cauſa Studii &c. 4. Septembris.

Literæ cum Edicto, ut abſentes redeant ad Studium, & præſentes accedant ſub pæna Flor. 60., cum relatione publicationis. 17. utſupra.

Pro faciliori commodo inveniendi

Domos

Domos ad uſum Scholarium. 18. utſupra.

Pro Joanne de Mutis, ut expediatur juxta petita. 19. utſupra.

1421. Remotio a Lectura Decretalium D. Antonii de Sancto Demetrio, & promotio ad ipſam D. Joannis de Feruſino Lectoris Voluminis, & ſucceſſiva proviſio ad eam Voluminis D. Joannis de Homodeis, cum ſalario &c. 24. Januarii.

Pro electione Rectoris Juriſtarum ob promotionem D. Homodei. Die utſupra.

Augmentum ſalarii D. Antonio de Feruſinis. Dicta die.

Augmentum ſalarii D. Auguſtino de Caſtro Novo. 25. utſupra.

Augmentum ſalarii D. Joanni de Vicomercato. 29. utſupra.

Augmentum D. Auguſtino de Pozzolo, Lectori Notariæ ob defectum Baptiſtæ de Gogis. 25. Februarii.

Pro reaptatione Scholarum DD. Beſutii, & Caſtillionæi. 28. Martii.

Capitula pro incantu ſupradictæ reaptationis. 25. Aprilis.

Rotulus Lectorum cum aſſignatione ſtipendii. 18. Octobris.

Capitula pro incantu aliarum reparationum in Scholis &c. 19. utſupra.

1422. Aſſignatio ſalarii, cum tempore ejus ſolutionis Magiſtro Joanni de Concorretio. 12. Auguſti.

Inſtantia Civitatis pro tranſmiſſione Rotuli prorogati ad Feſtum S. Martini ob ſuſpicionem peſtis. 5. Novembris.

1423. Facultas D. Turberto de Tortis Lectori Jur. Civil. claudendi certam Strictam ad commodum ſui Studii. 11. Januarii.

Admiſſio Magiſtri Jacobi della Maura ad Lecturam Loycæ, cum ſalario. 17. Martii.

Literæ Magiſtratus pro ſalario Magiſtri Mauri de Franguellis electi ad Lecturam Notariæ loco D. Baptiſtæ de Gogis. 18. utſupra.

Supplicatio Univerſitatis pro admiſſione ad Lecturam Inſtitut. D. Ambroſii Scacabarotii cum ſalario, attento receſſu D. Stephani de Graſſis.

Literæ Ducales pro admiſſione dicti Scacabarotii &c. cum ſalario juxta petita. Die utſupra.

Caſſatio a Lectura, & ſalario Magiſtri Bernardini de Mangano ob infirmitatem. Die utſupra.

Inſtantia, & ſupplicatio Civitatis ſuper vociferatione tranſlationis Studii &c.

Literæ Rever. Epiſcopi ſuper eodem, ubi multa de benevolentia Principis. 7. Aprilis.

Literæ primi a Secretis Principis ad Civitatem pro prædicta vociferatione. Dicta die.

Aliæ Literæ Ducales ſuper tali vociferatione. 7. utſupra.

Supplicatio Filiorum, & Hæredum quondam D. Ambroſii de Bozulis pro conſecutione ſalarii anni integri, non obſtante ejus morte.

1424. Literæ Ducales cum Edicto pro acceſ-

acceſſu ad Studium in periculo Peſtis, cum limitatione viæ reſpectu ad Cumanos, ac aliis. 8. Februarii.

Literæ Magiſtrales cum Rotulo, & pro ſolutione ſalarii. 18. utſupra.

Promotio D. Joannis de Homodeis ad Lecturam Digeſti novi cum ſalario. 4. Martii.

Literæ Magiſtrales pro augmento ſalarii D. Joannis de Feruſinis, Lectoris Decretalium. 9. utſupra.

Similes pro augmento Magiſtro Franciſco de Parma. 29. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii Lectorum, etiam tempore eorum abſentiæ ex cauſa peſtis. 4. Auguſti.

Pro ſolutione ſalarii D. Chriſtophoro de Caſtilliono, non obſtante ejus abſentia cauſa peſtis. 2. Octobris.

Literæ cum Decreto ſuper petentibus ad Lecturas &c. 9. Novembris.

Decretum ſupra expreſſum ſuper requiſitis, ut quis promoveri poſſit ad Lecturas. Die utſupra.

1425. Electio D. Ricardi de Sacchettis ad Lectur. Extraord. Jur. Civilis, cum ſalario. 13. Martii.

Pro ſalario ejuſdem D. de Sacchettis tam futuro, quam præterito. 16. utſupra.

Delegatio D. Poteſtatis in Cauſis Univerſitatis, & quod non extendatur contra Clericos. 12. Maii.

Commiſſio Poteſtati Papiæ pro compeſcendis, & cohercendis exceſſibus, & facinoribus Scholarium &c. 20. Julii.

Literæ cum Rotulo, & pro ſolutione ſalarii. 11., & 17. Octobris.

Pro additione ad Rotulum &c. Antonii de Riciis ad Lecturam ſuam. 19. utſupra.

Pro Scholis D. Piſcarii reſſignandis D. Vicomercato. 23. utſupra.

Electio Magiſtri Ugonis de Senis ad Lecturam Medicinæ cum ſalario abſq. deductione, & quod provideatur de idoneis Scholis. 19. Novembris.

Electio D. Joannis de Graſſis ad Lecturam vacantem ob promotionem ad Prælaturam D. de Riciis. 23. utſupra.

1426. Ut ſolvatur ſalarium Lectoribus eo modo, quo tempore vitæ quond. Excellentiſs. D. Ducis Anteceſſoris. 19. Januarii.

Literæ ſuper recurſu Univerſitatis contra vendentes carnes, & victualia in Civitate Papiæ. 18. Martii.

Electio D. Joannis de Vacchis Can. Papiæ ad Lecturam Jur. Canon. ad formam Decreti. 11. Aprilis.

Literæ cum Rotulo, & Mandato ſolutionis. 10., & 16. Octobris.

Electio D. Andreoli de Beliſomis ad Lecturam Voluminis per defectum Joannis de Spinolis cum ſalario. 21. utſupra.

Electio D. Leoneti de Camerino ad Lecturam Ordinariam Jur. Civilis ob defectum D. Joannis

de Gambarana cum ſalario. 11. Decembris.

1427. Pro danda notula Lectorum per Referendarium Papiæ. 6. Februarii, & 24. Septembris.

Reſtitutio D. Ugoni de Alemania ratæ partis ejus ſalarii. 8. Februarii.

Pro exemptione ab Oneribus D. Magiſtri Tibaldi Madii de Salis Medic. Lect. 13. Martii.

Promotio D. Joannis de Graſſis ad Lecturam Sexti cum ſalario. 26. Aprilis.

Electio ad Lecturam Metaphyſicæ, & Parvor. naturalium Magiſtri Stephani de Bandellis cum ſalario. 4. Junii.

Pro ſolutione expenſarum factarum in Scholis D. Turberti de Tortis. 6. Julii.

Electio D. Joannis de Lampugnano Rect. Juriſt. &c. ad Lecturam Voluminis, itaut faciat ſe promovere &c., & ſit vacua ejus Lectura Rectoratus. 5. Auguſti.

Pro immunitate ſervanda Magiſtro Guniforto de Gluſſiano Magiſtro Grammaticæ, & Rethor. Lit. cum ſupplicat. 23. Septembris.

Literæ cum Edicto ne Lectores, & Scholares deſerant Studium, ſed debeant accedere ſub pæna &c. 2. Octobris.

Rotulus Lectorum cum aſſignatione ſtipendii. 15. utſupra.

Electio D. Bartholomæi Spallæ ad Lecturam Medicinæ de Nonis cum ſalario &c. 19. utſupra.

Pro accomodatione ratæ partis ſtipendii favore Magiſtri Joannis de Concorretio. 8. Novembris.

Electio Magiſtri Stephani de Faventia ad Lecturam Aſtrologiæ, & Practicæ Medicinæ cum ſalario. 13. Decembris.

1428. Electio D. Donini de Guaribertis ad Lecturam alias D. Guarnerii Caſtiilionæi cum ſalario &c. 17. Aprilis.

Ut Scholares morigerate vivant, & honeſte ſe gerant, data juriſdictione D. Poteſtati, ut procedat contra Delinquentes. 6. Maii.

Delegatio D. Poteſtatis Papiæ ſuper cauſis Scholarium, & quod non ex endatur ad Clericos. 12. utſupra.

De bono regimine Univerſitatis, & pro electione Rectoris, & Officialium, & de juriſdictione DD. Rectoris, & Poteſtatis in Cauſis Studii. 8. Junii.

Edictum, ut D. Poteſtas procedat in Cauſis Scholarium in iis, quæ non reſpiciunt Studium. 10. Septembris.

Facultas D. Ferrario redeundi ad Studium, dummodo non exerceat amplius Rectoratum ſub pæna indignationis &c. 4. Octobris.

Lit. Duc. cum Rotulo, & Ordine pro ſolutione ſalariorum. 16. utſupra.

Conſtitutio certi ſtipendii DD. Rectoribus, dummodo non exerceant contubernium, nec teneant baratteriam ſub pæna indignationis Ducal. 19. utſupra.

Elec-

Electio Bidellorum Univerſitatis, Ozini, & Baldizoni, cum ſalario. 8. Novembris.

Aſſignatio D. Vitaliano Bonromeo ſtipendii alias aſſignati Magiſtro Petro de Mont'Alcino. 24. Novembris.

Augmentum ſalarii D. Ugoni de Senis. 13 Decembris.

1429. Electio D. Franciſci della Cruce ad Lecturam Decretal. cum ſalario. 7. Januarii.

Pro ampliatione Scholarum D. Donini de Guarimbertis propoſita, & executioni mittenda. 9. Februarii.

Literæ Poteſtatis Papiæ Communitati Silvani, ut abſtineat pro cedere contra Joannem de Zaziis, & Rainaldum de Curte Legum Doctoribus. Primo Julii.

Literæ Magiſtratus pro ſolutione penſionis Domus Fratrum de Sclafenatis ad uſum Scholarum. 23. utſupra.

Pro aptatione Scholarum ad commodum DD. de Garimbertis, & de Tortis ad ipſorum concordiam. 12. Auguſti.

Pro omnimoda conſtructione, & aptatione dictarum Scholarum ad commodum utſupra. 13. Septembris.

Pro remittendo Rotulo cum additionibus, & diminutionibus poſtmodum ſecutis. 30. utſupra.

Pro Magiſtro Gaſparino de Barziziis, & pro omnimoda ſolutione ejus menſualis penſionis. 11. Decembris.

Pro Magiſtro Antonio de Bernadigio ad Lecturam Medicinæ, cum ejus antecedenti ſalario. 31. utſupra.

1430. Pro augmento penſionis Scholarum Lectoris Cornerii. 6. Januarii.

Ut D. Doninus de Garimbertis provideatur de Scholis opportunis. 7. utſupra.

Pro allogiamentis omnino dandis Armigeris Ducalibus, una ſimul cum Scholaribus in caſu neceſſitatis. 23. utſupra, & 6. & 10. Februarii.

Ut Domus Lectorum, & Scholarium præſerventur immunes ab Hoſpitatione Militum Armigerorum. 16. utſupra.

Supplicatio Rectorum Studii nomine Lectorum, & Scholarium pro immunitate ab oneribus, & aliis ſecund. Privilegia Univerſitatis. Die utſupra.

Lit. Duc. pro elect. ad Lectur. D. Antonii Panormitæ cum ſalario, & pro ejus ſolutione. 15. Martii.

Electio Magiſtri Bartholomæi de Pergamo Lectoris Studii pro viſitatione Infirmorum cauſa Peſtis, cum ſalario &c. 6 Aprilis.

Literæ electionis ad Lecturam Ordinariam Jur. Civilis D. Bartholomæi de Vulpis. 16. Maii.

Pro Scholis providendis D. Bartholomæo de Vulpis, & aliis Doctoribus Legentibus. 18. & 20. Junii.

Literæ Magiſtrorum Intratarum &c. pro ſervanda immunitate Lectoribus, Scholaribus, & In-

ſervientibus Studii a taxa Focolarium. 6. Julii.

Renovatio inſtantiæ pro aptatione Scholarum dictor. de Vulpis, & aliorum &c. 18. utſupra.

Literæ Magiſtrorum utſupra circa expenſas faciendas in Scholis &c. 17. Auguſti.

Partitum in Civitate Papiæ pro ſolutione penſionis Scholæ D. Bartholomæi de Vulpis. 23. utſupra.

Pro ſolutione penſionis Domus Nicolai de Campiſio ad uſum Scholarum. Die utſupra.

Aliud Partitum pro forma incantus Bancharum faciend. in Scholis. 25. utſupra.

Deliberatio dicti incantus *Z*anino de Terdona. 30. utſupra.

De faciendo incantu, & ejuſdem deliberatione pro Banchis in Scholis Bartholomæi de Vulpis.

Donum ſubſidiale datum per Commune Papiæ Magiſtro Thomæ Senecæ de Camerino Magiſtro Grammaticæ, & Rethoricæ. 5. Septembris.

Pro accomodatione, & aptatione Scholæ Grammaticæ, & pro Banchis in ea faciendis. 3. Octobris.

Suſpenſio aperitionis Studii, ex ſuſpicione Peſtis. 12. utſupra.

Pro habendis notitiis ſtatus ſanitatis ad aperiendum Studium, nec ne. Die utſupra.

Ordo, ut eligatur in Principatu Papiæ locus idoneus, ubi Scholares poſſint ſe recipere, ut præſerventur a Peſte, cum facultate etiam aſportandi libros, ac Supplicatio Scholarium Alemanorum. 31. utſupra.

Pro publicatione Edicti inchoandi Studii in feſto S. Càtharinæ, ad id tempus dilati ob ſuſpicionem peſtis, cum mandato, ut publicetur Edictum. 4. Novembris.

Partitum factum in Civitate, quo deſtinantur Scholaribus Terræ Viqueriæ, vel Valentiæ, ubi ſe recipiant ad aufugiend. peſtem. 5. utſupra.

Literæ Ducalis Conſil. pro additione in Rotulo Magiſtri Antonii Panormitæ, elect. ad Lecturam &c. 25. utſupra.

Literæ cum Rotulo, & aſſignatione ſalarii &c. 27. utſupra.

Quod omnes Lectores perſonaliter legant, & non per Subſtitutum. 9. Decembris.

Proviſio ſuper controverſia præeminentiæ inter Lectores Theologiæ, ut alternatim præcedant. Die utſupra.

Pro ſolutione ſtipendii Rectorum utriuſque Univerſitatis. Dicta die.

Pro ſolutione ſtipendiorum Lectoribus juxta ſolitum, ex defectu Rotuli. 15. utſupra.

Pro immunitate ab Onere Focolarium D. Joannis Mirabiliæ Scholaris in Studio Papiæ. 21. utſupra.

Regiſtrum Civitatis, ſolutionis Salariatorum Studii, & Penſionum Domuum pro Scholis.

1431. Confirmatio Magiſtri Joannis Martini de Ferrariis ad Lecturam Medicinæ de Nonis, cum ſala-

ſalario. 4. Januarii.

Electio D. Gaſparis de Tronis de Alemania ad Lecturam Alemanorum in Feſtis, attenta abſentia Gulielmi de Breda Rectoris &c. cum ſalario. 25. utſupra.

Electio, & confirmatio Magiſtri Jacobi de Gambolate ad Lecturam Phyſicæ, & Parvorum Naturalium, cum ſalario. Ultimo Februarii.

Supplicatio Civitatis pro eodem.

Literæ DD. Magiſtrorum Intratarum Referendario Papiæ de non ſolvendis expenſis Scholarum, neque Salariatorum, niſi cum expreſſo ordine, & ſubſcriptione Ducali. 30. Maii.

Pro habenda notula Lectorum, qui ſe abſentarunt a Studio cauſa Peſtis. 31. utſupra.

Literæ Ducales, ut per Univerſitatem Studii deputetur aliquis Lector idoneus ad Concilium Baſilienſe. 8. Novembris.

Pro aperitione Studii ejuſdem anni. 26. utſupra.

Literæ cum Rotulo Lectorum, & pro ſolutione eorum ſtipendiorum. 10. Decembris.

Pro Magiſtro Luchino de Boaleciis, ut præſervetur immunis ſicut, & alii Lectores. 23. utſupra.

1432. Literæ D. Nicolai Picinini Capitanei Generalis &c. pro ſolutione ſalarii Magiſtro Joanni Marco de Parma, non obſtante ejus abſentia. 21. Januarii.

Pro ſolutione ſtipendii D. Gabrieli de Ceſate de Brena pro tempore ejus Rectoratus. 27. Februarii.

Pro ſolutione ſtipendii D. Galvaxii Placentini pro tempore ejus Rectoratus. 19. Martii.

Pro ſolutione ſalarii D. Vice Rectori, creato loco Rectoris. 8. Maii.

Pro anticipatione ſtipendii D. Joanni de Curtonibus Rectori Artiſtarum. Die utſupra.

Pro immunitate ab oneribus extraordinariis Magiſtri Joannis de Concorretio Lect. Medicinæ. 17. utſupra.

Suſpenſio ſtipendiorum non extendenda contra Salariatos cauſa Studii. 24. Septembris.

Literæ cum Rotulo, & mandato pro ſolutione ſalarii. 16. Octobris, & 3. Decembris.

Pro ſolutione ſtipendii Rectoratus facienda Vice Rectori interinaliter electo. 6. Novembris.

Electio D. Uberti de Mangano ad Lectur. Notariæ.

1433. Pro Maſſariis Egr. Phyſici Joannis Luchini de Balbis, ut præſerventur immunes. 3. Januarii.

Pro Magnif. Matthæo de Ferrariis deputato ad Lect. Loycæ. 31. utſupra.

Electio ad Lecturam Rethoricæ Magiſtri Antonii de Panormo, & Magiſtri Antonii Aſtenſis cum diſtributione ſtipendii. 19. Martii.

Electio ad Lecturam Medicinæ D. Magiſtri Matthæi de Cumis, cum ſalario. 22. Maii.

Literæ Magiſtrales pro admiſſione ejuſ-

ejuſdem Magiſtri Matthæi ad dictam Lecturam, cum ſalario. 30. utſupra.

Super Homicidio Egreg. Legum Doctoris D. Petri de Bexutio, ut procedatur contra Delinquentem. 15. Julii.

Pro ſolutione ſtipendii Magiſtri Bartholomæi Spallæ, non obſtante ejus abſentia ad Concilium Baſilienſe. 13. Novembris.

Subſtitutio Magiſtri Antonii de Novis ad Lecturam dicti Magiſtri Spallæ, abſque detrimento ipſius Magiſtri Spallæ. 24. utſupra.

Rotulus Lectorum cum aſſignatione ſtipendii. Die utſupra.

1434. Literæ Ducales pro augmento ſalarii ad Flor. 150. Magiſtro Antonio de Novis ad Lecturam Medicinæ, non obſtante minori taxatione in Rotulo. 3. Januarii.

Privilegium Imperatoris Sigiſmundi favore Collegii Caſtillionæi. 6. utſupra, confirmat. 1541. 8. Septembris.

Pro augmento ſalarii DD. Thomæ Crivelli Lectoris Sexti, & Joannis Matthæi Ferrarii. 7. utſupra.

Subrogatio ad Lecturam extraordinar. DD. Silani de Nigris, & Auguſtini Bozuli, cum deſtinatione Scholarum. 17. utſupra.

Confirmatio ad Lecturam D. Stephani Folperti, & eo deficiente ſubſtitutio D. Alberyci Malletæ. 16. Martii.

Subſtitutio dicti D. Alberyci Malletæ D. Silano de Nigris. 10. Maii.

Augmentum ſalarii D. Magiſtro Stephano de Faventia. 19. utſupra.

Electio D. Georgii de Tortis ad Lecturam D. Stephani de Folpertis, cum ſalario. 7. Junii.

Literæ commendatitiæ ad Principem favore D. Phyſici Andreæ de Legis pro Lectura. 22. Octobris.

Alia conſimilis ampliori, & politiori ſtilo. 30. utſupra.

Electio ad Lecturam Philoſophiæ Moralis D. Guniforti de Barziziis, cum ſalario. Lit. Duc. 30. Novembris, & 2. Decembris.

Literæ cum Rotulo, & pro ſolutione ſtipendii Lectorum. 3. utſupra.

Supplicatio D. Lucæ Vernaſii pro obtinenda Lectura Extraordinaria Jur. Civil., in qua ſe qualificat in Conſobrinum Inſignis Federici Camerarii Ducal.

1435. Electio Magiſtri Petri de Clericis ad Lecturam Medicinæ de Pronoſticis, cum ſalario. 22. Februarii.

Literæ Civitatis Papiæ commendatitiæ ad Principem, favore Magiſtri Balthaſſaris de Raxinis pro ejus admiſſione ad Lecturam Rethoricæ. 19. Martii.

Supplicatio D. Bartholomæi de Ghiringellis pro ſubſtitutione ad Lectur. Feſtorum Jur. Civilis, attenta promotione ad Doctoratum D. Joannis de Graſſis,

cum

cum admiſſione ad dictam Lecturam. 28. Aprilis.
Edictum ne Lectores, & Scholares audeant ſe abſentare a Studio Papiæ &c. ſub pæna indignationis. 24. Septembris.
Augmentum ſalarii Magiſtro Balthaſſari de Raxinis. 13. Octobris.
Rotulus Lectorum, cum aſſignatione ſtipendiorum, in quo, & de variis providentiis ſuper præcendentiis inter Lectores. 28. utſupra.
Electio Magiſtri Joannis Martini de Garbatiis ad Lecturam, cum ſalario. 7. Novembris.
1436. Providentia ne Scholares recedant a Studio, & pro Flor. 100. per Excellentiſſimum D. Ducem Civitati aſſignatis, quod convertantur in cauſam Studii. Primo Septembris.
1437. Quod Scholares ſe conferant ad Studium Papiæ exceptis iis, qui fuerint ad Studium Sabaudiæ. 25. Octobris.
Literæ L. T. Generalis Nicolai Piccinini pro aſſignatione ſalarii Magiſtro Jacobo ex Capitaneis de Arſago de Ripalta Medico ſuo. 22. Decembris.
1438. Deputatio ad Lecturam Sexti D. Hieronymi de Mangiariis, cum ſalario. 3. Martii.
Pro adventu Illuſtris D. Joannis Lucidi Filii Marchionis Mantuæ ad Studium Papiæ, ibique commoraturi &c., ut excipiatur ab Univerſitate &c. 9. Octobris.
1439. Augmentum ſalarii D. Joannis de Feruſinis. Primo Junii.
Quod Doctores Legentes non detineantur, nec moleſtentur pro debitis eorum Communitatis, & quod detenti illico relaxentur. 2. Julii.
Augmentum ſalarii ſuper intrata ordinaria Civitat. D. Catoni de Sachis Lectori &c. Primo Octobris.
Rotulus Lectorum, cum aſſignatione ſtipendii. 18. utſupra.
Pro Magiſtro Jacobo ex Capitaneis de Arſago Lectori Medicinæ, ut habeat ſalarium, etiam quod abfuerit in ſervitium Capitan. Generalis D. Nicolai Piccinini. 28. utſupra.
1440. Pro penſione Domus ad uſum Scholarum, ſolvenda D. Turberto de Tortis, de quinque partibus ex novem, cum mandato pro dicta ſolutione. Primo Januarii.
Electio ad Lecturam Medicinæ Magiſtri Eliæ Ebrei Phyſici Ducal., cum aſſignatione ſalarii &c. 30. utſupra.
Pro ſolutione reliquatus reſtantis D. Magiſtro Antonio de Bernadigio pro ejus ſalario. 10. Maii.
Pro ſalario Magiſtri Franciſci Filelfi, & aliorum. 20. Junii.
Pro D. Georgio de Tortis promoto ad Lecturam Extraordinariam Ordinar. Jur. Civil. &c. 11. Auguſti.
Supplicatio Civitatis pro Magiſtro Balthaſſare de Raxinis Magiſtro Rethoricæ, ubi multa ad ejus laudem. 2. Octobris.
1441. Electio Magiſtri Syri Piſcarii ad

ad Lectur. Pronoſticorum. 4. Januarii.

Pro Magiſtro Guniforto de Gluſſiano Magiſtro Grammaticæ. 9. utſupra.

Quod reſpondeatur Doctoribus Legentibus de ſalariis ſuis conſuetis. 11. utſupra.

Pro augmento ſalarii Magiſtro Joanni de Caſtro Novo, & certis aliis Doctoribus Studii. 21. utſupra.

Pro ſolutione, & diſtributione ſalarii D. Jacobi de Puteo. 31. dicti.

Quod D. Petrus de Alzate perſeveret in ſua Lectura, cum ſalario. Die utſupra.

Electio Magiſtri Galeaz de Cattaneis de Mantua ad Lecturam Medicinæ de Nonis. 12. Februarii.

Pro D. Joanne Andrea de Caſtilliono translato ad Lectur. Sexti, & Clementinarum. 27. utſupra.

Literæ Conſil. Ducal. Juſtitiæ pro eximendo D. Mangiaria ab Offitio Proviſionum Papiæ. 9. Martii.

Supplicatio ejuſdem Mangiariæ porrecta Principi.

Decretum Conſil. Proviſ. Civitat. Papiæ favore D. Balthaſſaris de Raxinis Lector. Rethoricæ, ut provideatur de uberiori ſalario. 10. Martii.

Augmentum ſalarii D. Balthaſſari Raxino. 10. Aprilis.

Reductio oneris Salis favore D. Franciſci Bertoni Leg. Doctor. 12. dicti.

Quod reſpondeatur de ſalario D. Thomæ de Anglia Lector. de Pheudis. 22. Maii.

Renunciatio D. Giroldi de Olivis, & electio D. Jacobi de Riciis ad Lectur. Extraordin. Ordin. Jur. Civil. 27. dicti.

Renunciatio D. Ambroſii de Paganis, & electio D. Spimberti de Triultiis ad Lecturam Inſtitut. 2. Junii.

Electio D. Georgii de Roma ad Lecturam Jur. Civil. in Feſt. 4. Septembris.

Rotulus Lectorum Studii, cum ſalarii aſſignatione. 17. Octobris.

Pro extractione ab Extimo Novo D. Syri Piſcarii Phyſici. 18. utſupra.

Lit. D. Nicolai Piccinini Capit. & L. T. Generalis Ducalis pro ſolutione ſalarii D. Arſaghi, etiam quod abſit. 26. utſupra.

Quod minuatur pretium Victualium favore Lectorum, & Scholarium. Lit. Duc. 28. utſupra.

Pro ſalario ſolvend. Magiſtro Sanctino de Folpertis juxta ſolitum. 30. dicti.

Pro accomodatione Parcellæ D. Joannis Matthæi de Ferrariis. 7. Novembris.

Quod reſpondeatur D. Franciſco Filelfo de Flor. 700. in anno ex ſalariis Studii Papiæ. 8. utſupra.

Quod agatur cum D. Rectore Studii pro habenda abundantia Victualium. 9. utſupra.

Pro recognitione Cauſæ ſuper Baratariis a D. Judice Victual. Papiæ

piæ commiſſis in præjudicium Studii. 15. utſupra.

Quod Magiſter Jacobus ex Capitaneis de Arſago habeat ſolitum ſuum ſtipendium, etiam quod abſit ad curam valetudinis Magnanimi Capit. Generalis Ducalis D. Nicolai Piccinini. 19. utſupra.

Decretum ne Scholares alio ſe transferant niſi ad Studium Papiæ ſub pæna &c. 21. utſupra.

Pro D. Bartholomæo de Ghiringhellis, ut in ejus abſentia poſſit ſubſtituere. 6. Decembris.

Quod Magiſter Antonius de Bernadigio habeat ſuum ſolitum ſtipendium, etiam quod abſit in ſervitium Ducale &c. 7. utſupra.

Pro D. Guniforto de Barziziis, ut habeat ſalarium, etiam quod abſit, & non Legat. Lit. Duc., & Magiſtrat. 13. & 16. utſupra.

1442. Aſſignatio ſalarii Magiſtro Guidoni de Paratis, & augmentum D. Magiſtro Joanni de Marlianis. 16. Januarii.

Pro interventu Rectoris Studii in Cauſis criminalibus, in quibus proceditur per D. Poteſtatem Papiæ contra Scholares. 26. Septembris.

Reiteratio ejuſdem Ordinis omnino ſervandi, etiam non obſtante reſponſione facta in contrarium. Dicta die.

1443. Electio ad Lecturam Philoſophiæ Magiſtri Joannis de Taſſis cum ſalario, & diſtributio reſtantis ſalarii Fratris Guidoboni Anteceſſoris in dicta Lectura. 5. Februarii.

Electio D. Ludovici de Tixtoribus ad Lecturam Exordinariam Jur. Civilis, cum ſalario. 10. Aprilis.

Literæ Civitatis Reverendiſſimo Patri Generali Ordinis S. Dominici favore Fratris Ludovici Piſani, ut ſinat eum venire ad legendum in hoc Studio Papiæ. 21. Junii.

Pro refectione impenſarum Scholaribus facienda, & alia in favorem ipſorum Scholarium. 13. Auguſti.

Electio ad Lecturam Ordinariam Exordinarior. Jur. Civil. D. Leonardi de Vaſſis Burgundi, & in Studii Rectoris, cum ſalario. Dicta die.

Additio plurium Statutorum ad Statut. Univerſitatis Papiæ, & Convocat. Collegii Univerſitatis hoc anno. 20. utſupra.

Electio ad Lecturam Ultramontanorum D. Joannis de Sanctaneo Burgundi per reſſignationem D. Joannis Jacobi de Annania, cum ſalario. 9. Decembris.

Rotulus Lectorum, cum aſſignatione Stipendii.

1444. Pro penſione Scholarum Hectoris Cornerii eidem anticipate ſolvenda, cum ſupplicatione ejuſdem Cornerii. 30. Januarii.

Literæ cum Rotulo, & pro ſolutione ſalariatorum. 3. Februarii.

Electio Joannis Antonii de Pontremulo ad Lecturam Jur. Civil.

in Feſt., cum ſalario. 18. utſupra.

Pro Filiis, & Hæredibus Gabrioti de Belcredo Scholaribus in Studio Papiæ, ut poſſint recuperare uſum eorum Domus ab aliis Scholaribus occupatæ.

Lit. D. Buttigellæ Commiſſ. Salis favore dictorum de Belcredo ejus attinentium in Cauſa prædicta. 24 Martii.

Pro manutentione Privilegii Scholarium circa Domos.

Augmentum ſalarii D. Guniforto de Barziziis omnino ſolvendum Papiæ ex aſſignatis Studio. 18. Octobris.

D. Leonetus de Camarino elect. in Advocatum D. Comitis Jo: Antonii de Fliſco, quod poſſit recedere a Studio, & adimplere per ſubſtitutum. 7. Novembris.

Pro ſolutione Florenor. 50. Rectori Studii, etiam pendente reformatione Studii. 28. Decembris.

1445. Augmentum ſalarii Magiſtro Martino de Parma. 18. Februarii.

Literæ cum Rotulo pro ſolutione Lectorum. 15. Octobris.

Pro ſalario ſolvendo Magiſt. Joanni de Concorretio ex integro, ut quotidie legat. Literæ Ducal. 18. utſupra.

Literæ Civitatis ad Principem, ut componantur diſſidia inter Scholares, & ne ulterius contra eos procedatur. 23. Decembris.

1446. Literæ Magiſtrales pro ſolutione facienda D. de Concorretio utſupra. 4. Februarii.

Mandatum pro ſolutione expenſarum factarum in reparationem Scholarum. Primo Junii.

Dimiſſio a Lectura Aſtronomiæ Magiſtri Stephani de Faventia. 13. Julii.

Pro caſſatione ſtipendii D. Franciſco Filelfo, & aſſignatione D. Martino de Ferrariis. 19. & 20. Auguſti.

Electio ad Lectur. Inſtitut. DD. Filii Cagnoni, Coſtæ, & de Comitibus de Nicorvo. 18. Octobris.

Rotulus Lectorum cum aſſignatione uniuſcujuſque ſtipendii. Die utſupra.

Pro interinali ſolutione ſalarii Lectorum uſque ad expeditionem Rotuli. 12. Decembris.

Pro ſolutione ſtipendii ad computum DD. Baraterio, & de Curte. Die utſupra.

Similis pro ſolutione utſupra juxta Rotulum anni ſuperioris. Die utſupra.

Aſſignatio ſalarii D. Franciſco de Vicecomitibus pro Lectura Inſtitutionum cum facultate legendi per ſubſtitutum, retento ſtipendio: & quod D. Antonius Bagarottus pariter Lector pro eo ſubſtituatur, cum ſalario eidem ſimiliter aſſignato. 13. utſupra.

1447. Ordo Proceſſionis fiendæ in ſolemnitate Sanctiſſimi Corporis D. N. J. C., ad quam intervenit Univerſitas Studii.

Quod Lectoribus ſolvantur ſalaria non obſtante ſuſpenſione, & quod ſolvatur cuilibet ibi adnotato

tato. 15. Februarii.

Electio D. Alberti de Martignonibus ad Lectur. Jur. Can., cum ſalario. 8. Martii.

Literæ cum Rotulo, & pro ſolutione ſtipendiorum, cum Mandato. 30. utſupra.

Pro D. Bartholomæo de Barberiis ex DD. de Ducal. Conſilio, ut ſibi ſolvatur ſalarium &c. 11. Aprilis.

Augmentum ſalarii D. Apolynari de Cremona. 21. dicti.

Augmentum ſalarii D. Magiſtro Jo: Antonio de Guerris de Caſtro Novo. 29. Maii.

Mandatum pro ſolutione expenſarum factarum pro reaptatione, & reparatione Scholarum Studii. 1. Junii.

Subrogatio ad Officium Proviſionis Papiæ D. Buttigellæ in Reformatorem Studii loco D. Sevæ Curtii. 19. Septembris.

Capitula conventionum inter Excellentiſſimum D. Ducem Sfortiam, & Civitatem Papiæ, in quibus Capitula duo pro Studio, & Univerſitate. 18. Octobris.

Proviſio Civitatis, ut fiant Salvi Conductus Scholaribus venientibus ad Studium. Dicta die.

Decretum Officii Proviſ. Papiæ, quod Scholares Civitat. Papiæ non intrent in Congregat., quæ fiunt per Scholares Foreníes. 17. Novembris.

Literæ cum Rotulo, & aſſignatione ſolutionis ſtipendiorum ſuper Datio Imbotatus. 11. Decembris.

Regiſtrum Civitatis ſolutionum Studii, & penſionum Scholarum.

1448. Literæ quod caſſetur a Rotulo Magiſter Olinus de Goxinaſio, & ponatur Magiſter Joannes de Cervio cum ſalario &c. 17. Februarii.

1450. Literæ pro caſſatione Magiſtri Petri de Caſalis, & Nicolai Creſpi a Lectura Loycæ, & Sofiſtariæ. 19. Januarii.

Pro deſtinatione unici Bidelli Artiſtarum Marci Buſchati, cum ſalario. 18. Maii.

Pro D. Thoma de Aymis ad Lecturam Pheudorum Jur. Civilis in Feſtis loco D. Paganini de Sancto Nazario della Ripa. 2. Junii.

Pro Reformatoribus Studii creandis per Conſil. Proviſ. Civit. 20. Julii.

Literæ Ducal. pro augmento Studii, ejuſque aperitione, & pro acceſſu Lectorum, & Scholarium ad Studium Papiæ ſub pæna indignationis Ducalis. 14. Novembris.

1451. Proviſio facta in Conſilio Civitatis Papiæ pro literis dirigendis Ducali Conſilio favore D. Joannis Antonii ex Comitibus de Nicorvo ne mutari habeat ab ejus Lectura, ſed in ea continuet. 10. Januarii.

Similis, ut fiat per Civitatem petitio favore Magiſtri Joannis de Ghiringhellis, ut deputetur ad Lecturam Metaphyſicæ diu vacantem cauſa Peſtis. 15. Februarii.

Similis, ut fiat petitio pro continuatione, & reformatione Studii. Primo Octobris.

1452. Electio D. Guidonis de Caſtilliono ad Lecturam Pheudorum ultra aliam &c., cum ſalario &c., & Mandatum pro ſolutione ejus ſtipendii &c. 15. Decembris.

Pro D. Aloyſio Burro Parmenſi electo ad Exordinariam Jur. Civilis in Feſtis, & pro ſolutione ſalarii &c. 25. utſupra.

1453. Literæ ad Referendarium pro adnotatione ad Lecturam Jur. Canonici D. Ludovici de Caſtilliono, cum ſalario. 30. Januarii.

Mandatum pro ſolutione ſtipendiorum Lectoribus, cum eorum Rotulo. 1. Februarii.

Pro ſolutione ſalarii, & honorantiæ D. Rectori Juriſtarum. 20. Februarii.

Similis pro Rectore Artiſtarum, & Medicorum. Dicta die.

Ordo pro ſolutione ſalarii D. Matthæi de Curte Lectoris Jur. Canonici. Ultimo utſupra.

Dimiſſio Lecturæ Soſiſtariæ ſacta per Magiſtrum Angelum Triultium, & nova electio Magiſtri Petri de Aſſio, cum ſalario. Die utſupra.

Alius Ordo D. Referendarii pro executione utſupra, ut fiat ſolutio dicto de Aſſio. Die utſupra.

Ordo D. Referendarii pro introductione ad Lecturam Ordinar. Exordinarior. Jur. Civil. D. Jo: Franciſci de Curte loco D. Antonii de Lunate, cum ſalario. Die utſupra.

Similis pro admiſſione ad Lecturam Exordinariam Jur. Civilis vacantem per mortem D. Jacobi de Puteo &c. in perſonam D. Lucæ de Graſſis, cum ſalario. 23. Martii.

Mandatum pro cancellatione a Rotulo Magiſtri Stephani Eremitæ, & adnotatio Magiſtri Joannis de Ghiringhellis, cum ſalario. Die utſupra.

Aſſignatio Florenor. 200. de illis ad Studium ſpectantium Venerabili D. Fratri Gabrieli, Fratri Illuſtriſs. D. Ducis, cum Mandato pro ſolutione. 16. Aprilis.

Literæ DD. Conſilii Proviſionis Papiæ expeditum DD. Regulatoribus Intratarum Ducalium comendatitiæ favore Magiſt. Pezardi de Parma Lectoris Grammaticæ, & Rethoricæ dat. Civitati Papiæ. 7. Junii.

Literæ Ducales Conſilio Proviſionum Civitatis Papiæ, ut eligant Perſonas idoneas pro reformatione Studii, Lectorum, & ſtipendiorum. Primo Octobris.

Aliæ conſimiles renovatæ ſuper eodem. 12. utſupra.

1454. Pro abſentia D. Gerardi de Collis ad Lecturam Inſtitutionum, & ſubſtitutio in ejus locum D. Joannis Auguſtini Preotoni, cum ſalario. 20. Julii.

Partitum Civitatis ſuper requiſitione Rectoris Univerſitatis Juriſtarum, & productione nonnullorum Capitulorum. 7. Septembris.

Lite-

Literæ Civitatis ad Principem cum Capitulis ſupra enunciatis pro eorum approbatione. 9. utſupra.

Literæ cum Decreto pro ampliatione, & incremento Studii. 26. Octobris.

Decretum pro incremento Studii Papiæ, & ne Studentes aliunde ſe conferant. Die utſupra.

Literæ Ducales pro reintegratione Comitatui Papiæ de Loco Burghi Franchi, ubi multa de Ducali dilectione. 20. Decembris.

1455. Mandatum pro ſolutione Ducatorum 15. ſingulo anno Magiſtro Antonio de Paulis ſuper Rotulo deſcribend. 2. Maii.

Literæ Ducales, ut perquirantur ordines ſuper abbundantia Victualium ad effectum ne Scholares, & Populus pati habeant ipſarum defectum. Primo Julii.

Literæ cum Rotulo Lectorum, & aſſignatione ſtipendii. 21. Octobris.

1456. Mandatum pro continuatione ad Lecturam Inſtitutionum D. Jacobi Vala, cum ſalario &c. Ultimo Aprilis.

1457. Mandatum pro ſolutione D. Rectori Juriſtarum de Florenis quinquaginta pro ejus ſolito ſalario. 21. Januarii.

1458. Electio D. Joannis Auguſtini de Vicomercato ad Lecturam Ordinar Jur. Civilis, cum ſalario ob mortem D. Simonis Trovamalæ. 13. Junii.

Continuatio ſalarii Filiis, & Hæredibus quondam Stephani Fazardi olim Lectoris Jur. Canonici, uſque ad finem anni. 17. Julii.

Supplicatio dictorum Filiorum, & Hæredum ad effectum utſupra. Die utſupra.

Recurſus Deputatorum Civitatis Papiæ ſuper exceſſu Scholarium ex cauſa detentionis alterius ex eis.

Commiſſio cauſæ detentionis unius ex eis. Dicta die utſupra.

Poſſeſſio ad Lecturam Inſtitutionum D. Joannis de Puteo ob defectum D. Antonii de Monte Joco cum ejus conſenſu, & conditionibus &c., ac cum ſalario. 25. Auguſti.

1459. Edictum, quod Scholares non poſſint aſportare libros extra Civitatem Papiæ. 19. Maii.

1460. Ordo pro ſolutione ſtipendiorum DD. Lectoribus Studii Papiæ. 13. Junii.

Ordo conſimilis pro eadem ſolutione. 21. utſupra.

Ordo ſimilis pro ſolutione menſis Junii. 23. Julii.

Literæ cum Rotulo, & Ordine pro ſolutione ſalariorum. 29. Novembris.

1461. Literæ Civitatis Papiæ ad Oratorem ſuum in Civitate Mediolani pro decreto cauſar. appellat. a Doctoribus de Collegio cognoſcend., & ſuper aliis incumbentiis.

Mandatum pro ſolutione ſalarii Lectoribus debiti ſuper quibuſcumque intratis &c. 24. Januarii.

Rotulus Artiſtarum, & Medicorum,

rum, cum aſſignatione ſalarii. 12. Decembris.

1462. Pro ſolutione Doctoribus Legentibus facienda ſuper intratis ordinariis &c. 31. Martii.

Pro ſolutione reſtantis ſalarii facienda D. Magiſtro Franciſco de Senis Lectori Artium. 18. Junii.

Atteſtatio ſuper præcedentia inter Doctores habentes Cingulum Militare, & Doctores non Milites, ut ſervetur ordo antianitatis. 10. Decembris.

Literæ cum Rotulo taxati ſalarii, & ordine ſpeciali pro eorum ſolutione. 24. utſupra.

1463. Mandatum ſolutionis Ducatorum 20. Galeaz de Mettellis ſuper expenſis Studii. 14. Januarii.

Mandatum pro ſolutione ſalarii, & decurſorum debit. D. Philippo Peruſino rateatim juxta adnotat. in Rotulo. 20. utſupra.

Mandatum ſolutionis ſalarii DD. Lectorum pro menſe Martii. 28. Martii.

Mandatum pro ſolutione ſalarii D. Roglerii de Comite Ducalis Affinis &c. pro integro abſque contradictione. Primo Auguſti.

Circa modum procedendi contra Scholares, & ſuper eorum exceſſibus, & ne incedant larvati. 26. Septembris.

Mandatum pro ſalariis DD. Lectoribus ſolvend 10. Octobris.

Literæ pro ſolutione reſſidui, de quo eſt creditor Magiſter Joannes Petrus de Offredis. 27. utſupra.

Mandatum pro ſolutione ſalarii DD. Lectorum &c. pro menſe Julii. 2. Novembris.

1464. Decretum ſuper morigeratione, & continentia Scholarium Studii. 27. Martii.

Simile Decretum ſuper eodem.

Pro ſolutione ſalarii Venerab. Fratri Benedicto Beruto Ordinis Prædicatorum Lectori Metaphyſicæ. 27. Julii.

Aſſignatio Ducator. 20. D. Galeaz de Mettellis Scholari Studii Papiæ, ſuper his ad Studium pertinentibus. 11. Auguſti.

Mandatum ſolutionis faciend. DD. Lectoribus. 20. utſupra.

Mandatum pro ſolutione ſalarii D. Joanni de Puteis Lectori Exordin. Jur. Civil., & reſſidui debiti anteceſſoris, cum calculo ratæ. 25. Septembris.

Literæ pro ſolutione ſalarii D. Chriſtophoro de Buttigellis, etiam pro tempore ejus abſentiæ. 8. Octobris.

Pro deputatione ad Lecturam Jur. Civil. Exordin. D. Petri Crivelli, cum ſalario. 10. Novembris.

Literæ cum Rotulo, & aſſignatione ſtipendii. 29. utſupra.

1465. Literæ cum Rotulo, & ordine pro ſolutione Lectorum. 27. Januarii.

Literæ Ducales pro reformatione ad Lecturam Metaphyſicæ Fratris Magiſtri Benedicti Baruti, cum juſſione ſolutionis ejus ſalarii. 30. utſupra.

Confirmatio Ducalis ſuper electione facta per Civitatem Papiæ

piæ Cuſtodis Campanilis ejuſdem Civitatis in perſonam Luchini, & Zachariæ Nepotum anteceſſoris Cuſtodis. 17. Aprilis.

Literæ Ducales pro electione Orologiarii idonei, & Cuſtodis Campanilis, qui curam habeat pulſationis Campanæ Studii ad horas congruas. 17. Junii.

Literæ Ducales ad Civitatem Papiæ, ut curam habeant adimplementi eorum incumbentiæ ex parte dictorum Luchini, & Zachariæ. 23. Auguſti.

Supplicatio Univerſitatis porrecta Principi ſuper defectibus ipſorum Luchini, & Zachariæ circa cuſtodiam Orologii.

Literæ Ducales pro electione Magnifici Comitis D. Joannis de Graſſis Conſiliarii Illuſtris Ducis Sabaudiæ in Lectorem Jur. Canonici, vel Civilis, cum ſalario. 4. Octobris.

Confirmatio electionis ad Lecturam Metaphyſicæ Magiſtri Benedicti Ordinis Prædicatorum, cum Mandato pro ſolutione. 13. utſupra.

Mandatum pro ſolutione ſalarii menſis Maii, abſque ulla exceptione. 15. utſupra.

1466. Literæ cum Rotulo, & Ordinatione pro ſolutione. 27. Januarii, & 18. Decembris.

Augmentum ſalarii ultra illud in Rotulo taxati Magiſtro Joanni de Marliano Lectori Medicinæ, & Aſtrologiæ. 7. Februarii.

Pro augmento, & ſolutione ſalarii Magiſtro Joanni de Marliano. Die utſupra.

Electio ad Lecturam Metaphyſicæ Venerab. Fratris Benedicti Ordinis Prædicator., cum ſalario. 13. Octobris.

1467. Caſſatio D. Stephani de Terzago a Lectura, & diſtributio ſalarii DD. Mangiariæ, & Pezano Lectoribus. 9. Januarii.

Literæ Civitatis Papiæ ad Excelſam Duciſſam ſuper concernentiis Sanitatis relative ad Scholares Studii ne diſcendant, & quod ſatisfiat Lectoribus de eorum ſtipendiis. 6. Februarii.

Literæ pro abolenda immunitate, & revocanda omnino additione Carnium. 16. Martii.

Aliæ pro ſervanda immunitate, & exemptione Studii a dicta additione omnino non exigenda a Lectoribus, Scholaribus, & Inſervientibus Studii. 23. utſupra.

Literæ Reverendiſſimi Epiſcopi Papienſis ad Civitatem, in quibus fit mentio gratiæ per ipſum obtentæ a Summo Pontifice favore Univerſitatis Papiæ. 11. Aprilis.

Pro ſolutione ſalarii Magiſtri Antonii de Gazis de Cereſolis Lectoris Philoſophiæ Moralis.

Pro ſolutione ſalarii Hæredibus quondam Pauli de Aſtulfis uſq. ad integrum annum, etiam poſt ejus deceſſum. 23 utſupra.

Rotulus Lectorum Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ, cum aſſignatione ſtipendiorum. 10. Decembris.

1469. Rotulus DD. Lectorum Juriſtarum

tarum, & Artiſtarum Studii Papiæ cum Aſſignatione uniuſcujuſque facultatis.

1470. Pro tranſmiſſione ad Civitatem Papiæ Copiarum Militum pro ſedandis tumultibus ortis inter Scholares, & unum Eſtenſem. 19. Decembris.

1471. Mandatum ſolutionis faciendæ DD. Lectoribus de eorum ſalariis pro rata ſuper intratis ordinariis. Primo Maii.

Mandatum in executionem Literarum Ducalium pro ſolutione facienda de intratis utſupra. Primo Junii.

Mandatum utſupra. Primo Octobris.

Aliud utſupra. Primo Novembris.

Alud utſupra. Primo Decembris.

Aliud ſimile. 5. utſupra.

Aliud ſimile. 31. utſupra.

1472. Mandatum pro ſolutione utſupra, cum aliis monitis factis Bidellis pro exercenda diligentia circa Studium. Primo Julii.

Literæ conſimiles, & mandatum ſuper eodem. Primo Auguſti.

Literæ conſimiles, & mandatum ſuper eodem. 20. Novembris.

Rotulus DD. Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ cum aſſignatione ſtipendiorum.

1473. Decretum ne quis Doctor Legens, nec Medicus poſſint Advocare, nec Medicare niſi de expreſſa licentia Principis. 21. Octobris.

Quod D. Poteſtas poſſit concedere dictam licentiam Medicis 24. utſupra.

1474. Super vociferatione, quod Studium poſſet ammoveri a Civitatem Papiæ, aſſecuratio Principis quod non ammovebitur, ubi multa circa prædilectionem. 20. Januarii.

Inſtantia D. Marci de Zazii Studii Lectoris a Civitat. Delegati, ut per Principem manuteneatur prærogativa cudendæ monetæ Civit. Papiæ competens, cum reportata congruenti Proviſione Literæ Magiſtrat. 3. Junii.

1475. Mandatum pro ſolutione ſalarii D. Rectori Juriſtarum. Primo Junii.

Rotulus Univerſitatis DD. Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ, cum aſſignatione ſtipendii. 18. Decembris.

1476. Literæ favore Magiſtri de Rubeis pro facultate recedendi, & ſubſtituendi ad dies 10. vel 12. cum retentione ſalarii. 23. Januarii.

Pro ſalario deſſignato Magiſtris Hieronymo Cribello, & Ubertino Creſentino ad Lecturam Rethoricæ Mediolani. 26. Junii.

Pro ſolutione ſalarii Magiſtri Georgii Vala, & Matthæi Trovamalæ ad Lecturam Rethoricæ. 29. Junii.

Pro augmento ſalarii Magiſtri Hieronymi Cribelli. 4. Julii.

Providentiæ ex cauſa peſtis ne Lectores, & Scholares recedant, ſed permaneant uſque ad aperitionem Studii. 22. Octobris.

Super diligentiis habendis pro præſervandis Scholaribus a periculo peſtis. Die utſupra.

Pro eadem cauſa, & quod aperiatur

tur Rotulus, & incipiat Studium in Feſto Sancti Martini. 24. utſupra.

Literæ Officii Sanitatis ſuper concernentis Scholarium, & ne Lectores, & Scholares recedant. 4. Novembris.

Literæ Civitatis ad Principem ſuper aperitione Studii, & ut imponat redditum ad hanc Civitatem DD. Lectoribus in Civitate Mediolani commorantibus 9. Novembris.

Certificatio aperitionis Studii faciendæ, & præmittendæ proluſionis &c. 10. Novembris.

Literæ Ducales ſuper aſſecuratione non ammovendi Studii. 29. Novembris.

1477. Informationes judiciales circa imputationem factam D. Matthæo de Curte ſuper aſſerta ſupplicatione ab eo porrecta extra ejus mandatum, & contra D. Georgium Natam ſuper vociferata Studii translatione. 12. Maii.

Literæ cum Rotulo, & pro aperitione Studii, impoſita etiam Bidellis diligentia pro incremento, & frequentia Studii. 31. Decembris.

1478. Pro ſolutione ſalarii qu. Magiſtri Franciſci Pezani, facienda ejus Filiis, etiam poſt ejus deceſſum uſque ad complementum anni. 30. Martii.

Supplicatio DD. Phyſicorum de Collegio, ne in dicto eorum Collegio admittantur Forenſes, ſed ſoli Cives Originarii. Primo Aprilis.

Augmentum ſalarii Magiſtro Pavero de Fontana Lectori Humanitatis, & Rethoricæ, ac Magiſtro Chriſtophoro de Soncino 25. utſupra.

Pro adimplemento, & executione dicti augmenti &c. aliæ Literæ. 16. Junii.

1479. Literæ Civitatis ad Principem nunciantes concordiam Rixæ per Scholares excitatæ, ſecutam opera Magnifici Commiſſarii delegati, & Poteſtatis &c. 10. Martii.

Literæ eiuſdem Civitatis ſuper eodem. 15. Maii.

Literæ Ducales ſuper tranſmiſſione ad Civitatem Papiæ 50. Militum Armigerorum non ex cauſa dubitate fidelitatis, ſed ad ſedandos tumultus Scholarium &c. 24. utſupra.

Notula additionum factarum DD. Legentibus in Studio Papiæ pro eodem anno.

Notula DD. Doctorum, qui non legerunt, & eorum qui legerunt per ſubſtitutum. Primo Julii.

Pro excuſatione abſentiæ D. Matthæi de Curte, ut nullatenus eidem reſpondeatur de ſalario. 3. utſupra.

Literæ Ducales favore Magiſtri Joannis de Roſate ſuſſecti loco D. Sebaſtiani de Baſſinis ad Lecturam Cyrogiæ. 23. Auguſti.

Supplicatio ad Principem pro electione ad Lecturam Teologiæ Patris Magiſtri Joannis de Curte Ordinis Prædicatorum. 7. Octobris.

Literæ cum Rotulo, & aſſignatione

 ne

ne ſtipendii. 23. Novembris.

1480. Promotiones inter Medicos, & augmentum ſalarii. 19 Januarii.

Augmentum ſalarii Magiſtris Franciſco de Curte, & Auguſtino de Corſico. 28. utſupra.

Augmentum ſalarii Magiſtro Matthæo Trovamalæ. Primo Februarii.

Favore Hæredum Magiſtri Franciſci Ochæ pro ſolut. Stipendii ad complementum anni, etiam poſt ejus mortem. 18. Februarii.

Diſpenſatio D. Gabrieli Pavero de Fontana Artis Oratoriæ Lectori in Urbe Mediolani, ut poſſit aquirere bona immobilia in Comitatu Papiæ, non obſtante prohibitione Statutorum &c. 16. Maii.

Supplicatio Univerſitatis pro admiſſione ad Lectur. Jur. Civilis D. Chriſtophori Alberitii, caſu receſſus D. Joannis Puthei. 10. Octobris.

1481. Subſtitutio expectativa ad Lecturam Extraordin. Ordinarior. Jur. Civilis D. Baptiſtæ de Stanghis Cremonen. 9. Januarii.

Electio Magiſtri Blaſii Aſtarii ad Lecturam Almanſoris, cum ſalario. 30. utſupra.

Literæ cum Rotulo, & promiſſione uberioris augmenti. 3. Martii.

Literæ cum Rotulo, & aſſignatione ſtipendiorum. 3. utſupra.

Augmentum ſalarii D. Ambroſio Opizono. 28. utſupra.

D. Joannes Petrus de Belingeriis ad Lecturam Extraordinar. Ordinariorum Jur. Civilis, cum ſalario &c. 17. Aprilis.

Caſſatio a Lectura Chyrurgiæ Magiſtri Joannis Antonii de Modoetia, & augmentum ſalarii Magiſtro Joanni de Roſate. 19. Maii.

1482. Rotulus Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ, cum aſſignatione ſtipendiorum.

1483. Literæ cum Rotulo, & mandato ſolutionis. 29. Januarii.

Pro ſolutione integralis penſionis aſſignatæ D. Joanni Matthæo Trovamalæ Legenti Artem Oratoriam in Studio Papiæ. 15. Aprilis.

1484. Literæ cum Rotulo, & promiſſione uberioris augmenti. 27. Februarii.

1485. Scrutinium pro electione Rectoris Studii Papiæ. 23. Aprilis.

1486. Literæ cum Rotulo, & aſſignatione ſtipendiorum. 28. Martii.

Literæ favore D. Georgii Merulæ Lectoris Rethoricæ pro ejus Hiſtoria Vicecomitum augmentum ſalarii, & enchomium. Primo Aprilis.

Electio D. Joannis Petri Buttigellæ ad Lecturam Jur. Civilis in Feſtis, cum ſalario. 5. utſupra.

Pro aperitione Studii, & publicatione Edicti juxta ſolitum. 6. utſupra.

Pro omnimoda ſolutione ſalarii Lectoribus debiti abſque ulla detractione juxta ſolitum, non obſtantibus quibuſcumque literis in contrarium &c. Die utſupra.

Ut DD. de Proviſione Papiæ eligant in Cives DD. Hieronymum

mum de Trevilio, & Gaſparem de Sancto Benedicto Scholares, cum diſpenſatione &c. 21. utſupra.

Supplicatio dictorum Trevilii, & de Sancto Benedicto ad effectum utſupra.

Augmentum ſalarii D. Jacobo Galæ Lectori Decret. 25. utſupra.

Electio ad Lecturam Notariæ D. Joannis Petri Carè, cum ſalario. 5. Maii.

Subſtitutio D. Bernardi Spendenarii Alexandr. ad Lecturam Extraordinar. Ordinar. J. C. 7. Septembris.

Supplicatio ad Principem, ut cauſæ committantur DD. Doctoribus de Collegio. 28. utſupra.

Decretum, quod cauſæ non committantur niſi Doctoribus de Collegio. 25. Octobris.

1487. Electio D. Joannis Antonii de Balſamo ad Lecturam Extraordinar. Ordinar. J. C. 18. Januarii.

Electio Gaſparis Baldizoni in Cuſtodem Scholarum. 19. utſupra.

Literæ cum Rotulo, & inſinuatione ad Studium ſub ſpe uberioris augmenti, & gratiæ. 8. Martii.

Subſtitutio D. Nicolai Cervii ad Lecturam Extraordinar. Ordinarior. Jur. Civilis per ingreſſum in Religionem D. Antonii de Balſamo. 23. Aprilis.

Scrutinium pro electione Rectoris Juriſtarum Studii Papiæ. 4. Julii.

1488. Pro Collegio DD. Doctorum, ut obſervetur Statutum circa commiſſiones cauſarum &c. 3. Martii.

Caſſatio a Lectura Extraordinaria Practicæ Medicinæ de Sero D. Franciſci Marinoni, & deputatio Magiſtri D Joannis de Crema, cum ſalario. 10. utſupra.

Literæ Excelſi Patrui Ducis Mediolani &c. ad L. T. Papiæ, ſuper exceſſibus Scholarium. 6. Aprilis.

Literæ ejuſdem ſuper variis exceſſibus Scholarium, cum redargutione, & comminatione pænarum. 7. utſupra.

Literæ Ducales pro ſolvend. Flor. 400. Uxori, & Filiis Magiſtri Chriſtophori de Soncino ſuper ſalariis Lector. 16. utſupra.

Literæ Ducales providentiæ ſuper exceſſibus Scholarium. 25. utſupra.

Literæ pro publicatione Edicti ſuper continentia Scholarium utſupra. 27. utſupra.

Edictum ſuper continentia Scholarium, & ne accedant ad Magiſtratus ultra numerum quatuor. Die utſupra.

Pro Joanne, & Franciſco Fratribus de Ferrariis circa eventum Scholaris Cremonenſis. 15. Maii.

Pro diſtributione ſalarii Magiſtri Joannis de Puteo vacantis, & quod reddatur ratio ejus converſionis. 19. utſupra.

Officium Bidellatus aſſignat. Vincentio de Subinago. 30. utſupra.

Rotulus DD. Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ, cum aſſignatione ſtipendiorum.

1489. Literæ cum Rotulo pro ſolutione ſtipendiorum. 18. Martii.

 Trans-

Tranſlatio a Studio Papiæ ad Scholas Mediolani D. Franciſci Marianæ Lectoris Linguæ Grecæ, & Latinæ, cum ſalario. 7. Aprilis.

Augmentum ſalarii D. Contardo Merlio Lectori Jur. Civilis. 11. utſupra.

Augmentum ſalarii DD. Petro de Graſſis, Conrado de Buſcho, & Petro Franciſco de Curte Legentibus in Studio Papiæ. 5. Maii.

Augmentum ſalarii D. Franciſco Marianæ. 14. utſupra.

Literæ Civitatis ad Principem pro renovatione Decreti, ne Doctores Legentes Advocationem exerceant. 2. Decembris.

Literæ Ducales ad petitionem prædictam, in quibus confirmatur Decretum ne Doctores Legentes Advocationem exerceant. 8. utſupra.

1490. Pro ſolutione ſalarii D. Franciſco de Curte, etiam pro quarta parte anni poſt ejus diſceſſum. 8. Januarii.

Literæ cum Rotulo DD. legere debentium, cum oblatione uberioris augmenti in futurum. 26. Martii.

1491. Literæ cum Rotulo, & aſſignatione ſalarii anni ſuperioris, oblato augmento iis, qui ſe ad certum tempus refermaverint. 13. Aprilis.

Literæ cum Cedula additionum factarum Stipendiatis, qui ſe ad tempus refermarunt. 3. Maii.

Pro J. C. D. Andrea de Poma, ut habeat augmentum ſalarii in Cedula per errorem ommiſſi. 5. utſupra.

Salarium demptum Magiſtro Benedicto Hiſpano Lectori Linguæ Hebraicæ, & translatum D. Matthæo Comiti Legenti Humanitatem Mediolani. 26. Junii.

1492. Decretum Excelſi Ducis pro Studio Papienſi, & ejus cura. 12. Januarii. Renovat. 1497.

Literæ commendatitiæ Civitatis directæ Marchioni Bonifacio Montisferati favore D. Petri Lazaroni Legentis Oratoriam.

Literæ cum Rotulo, & ordine ſolutionis, injuncto etiam ne Lectores fatigentur in eorum exactione. 10. Martii.

1493. Hoc anno fundatum fuit Collegium Grifforum a præſtantiſſimo D. Ambroſio Griffo Protonotario Senatori, & Archiatro &c. *Curtius in ſuis memorabilibus Medicorum hoc anno*. Fol. 27. & 28.

Additio aliorum Statutorum ad antecedentia Univerſitatis Studii Papiæ. 14. Octobris.

Alia additio utſupra. 13. Novembris.

1494. Literæ cum Rotulo, & ordine ſolutionis ſalarii. 22. Februarii.

1495. Diſpenſatio pro abſentia Magiſtri Joannis de Roſate, cum Mandato ſolutionis ſalarii, non obſtante dicta abſentia. 12. Octobris.

Quod ſuperſedeatur a moleſtia contra Doctores ex cauſa impoſitionis ſubventionis. 17. utſupra.

Confirmatio, & approbatio additio-

ditionis ad Statut. Univerſitatis DD. Juriſtarum Studii Papiæ. 22. utſupra.

Rotulus Salariatorum DD Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ.

1496. Confirmatio, & ampliatio Privilegiorum DD. Doctorum de Collegio Papiæ. 13. Januarii.

Scrutinium factum pro electione Rectoris Juriſtarum Studii Papiæ. 4. Julii.

Literæ cum Rotulo pro ſolutione ſalariatorum.

1497. Ob diſceſſum a Lectura D. Joannis Antonii Triultii electio D. Balthaſſaris Plati, cum ſalario. 8. Aprilis.

Scrutinium pro electione Rectoris Artiſtarum, & Medicorum Studii Papiæ. 29. Aprilis.

Scrutinium pro electione Rectoris Juriſtarum dicti Studii. 4. Julii.

Pro ſalario Magiſtri Aloyſii Marliani ponendo in Rotulo, & ſolvend., non obſtante ommiſſione. 28. Septembris.

Favore Magiſtri Bartholomæi Serræ de Mantua pro gratia ab exilio. 12. Novembris.

Decretum Ducale de Rebus Studii Papienſi, quarum cura data ſit duobus Conſiliariis Ducal. 22. Decembris.

Rotulus Salariatorum DD. Juriſtarum, & Artiſtarum Studii.

1498. Literæ cum Rotulo, & pro ſolutione ſtipendiorum, ſuſpenſa ſolutione augmenti DD. Simonettæ Paronæ Malaſpinæ, & Plato inter ipſos incerti. 3. Aprilis.

Caſſatio Filii Magiſtri Petri Lazaroni a Lectura Humanitatis, & Matthæi Comitis. Die utſupra.

Aſſignatio ſalarii D. Balthaſſari Plato Lectori Inſtitut. 7. Maii.

Literæ Ducales ad Civitatem Papiæ, ut edantur privilegia, & documenta exiſtentia in Archivio &c. DD. Triſtano Calcho, & Bernardino Corio pro perficienda eorum Hiſtoria, etiam cum facultate aſportandi &c. 6. Junii.

Caſſatio a Rotulo Ofredi de Homodeis, & deputatio Magiſtri Alexandri de Ghiringhellis. 22. utſupra.

Supplicatio pro Magiſtro Jacobo de Gluſſiano, ut eligatur ad Lecturam Medicinæ loco Magiſtri Nicolai Toppæ. 18. Julii.

1499. Literæ cum Rotulo DD. Juriſtarum, & Artiſtarum Studii cum aſſignatione ſtipendii pro eorum ſolutione. 16. Martii.

Literæ Ducales ſuper exceſſu cujuſdam Scholaris. 20. utſupra.

Literæ Civitatis ad Principem contra Scholares Burgundos pro adulterio, & violento raptu Uxoris Caroli Saglimbene. 21. utſupra.

Aliæ Literæ Civitatis ad Principem pro aliis exceſſibus Scholarium Burgundorum. 25. utſupra.

Aliæ ejuſdem Civitatis ad D. Burgundium Bottam Ducalium Intratarum Regulatorem, & D. Bernardinum Curtium Ducalem Conſiliarium, & Caſtellanum Mediolani &c. ſuper exceſſi-

ceſſibus Scholarium Ultramontanorum. Die utſupra.

Aliæ ejuſdem commendatiæ ad ſupraſcriptos DD. pro Delegatis miſſis ad Principem cauſa exceſſuum Ultramontanorum utſupra. 26. utſupra.

Aliæ conſimiles cauſa utſupra ad D. Equitem Auratum Mayrolum Viſcardum Ducalem Aulicum &c. Die utſupra.

Informationes aſſumptæ, & aſſumendæ contra Scholares, & ſuper eorum exceſſibus.

Pro liberatione Civium Bannitorum cauſa diſſidii cum Scholaribus Burgundis. 15. Maii.

Literæ ad D. L. T. Papiæ, ut Scholares Burgundi accedant ad Excelſum D. Ducem Mediolani cauſa dictæ liberationis. Die utſupra.

Gratiarum actio Civitatis per literas D. Equiti Bernardino Vice Comiti pro ejus officiis interpoſitis in cauſa Scholarium Burgundorum &c. 26. utſupra.

Aſſignatio ſtipendii, & mandatum ſolutionis Magiſtro Joanni Antonio Cuſano Medico Ducali, & Lectori &c. 27. Junii.

Literæ Ducales ſuper declaratione Comitatus Papiæ in Principatum, & gratiæ ſuper prædicta exaltatione, & præcipue circa libertatem Civium Bannitorum pro diſſidiis cum Scholaribus Burgundis. 24. Julii.

Decretum gratioſum propter felicem eventum erectionis Comitatus Papiæ in Principatum. Die utſupra.

Literæ gratulatoriæ, & officioſitatis Sereniſſimi Ludovici XII. Francorum Regis ad Civitatem Papiæ pro Dominio adepto ejuſdem Civitatis &c. 8. Septembris.

Capitula innita inter Magnificam Communitatem Papiæ, & Regem Ludovicum XII. &c. in quibus capitulum 8., ſive 12. pro Studio. 24. Novembris.

1500. Literæ Ducis Ludovici conſcript. Reverendiſſimo Cardinali Gonzaghæ Status Moderatori &c., ut inſtet apud Papienſes, quod mittant eorum Delegatos ad Imperatorem &c. ubi declarat Papiam primam eſſe poſt Mediolanum &c. 12. Martii.

1502. Supplicatio porrecta Regi Francorum pro continuanda exemptione Doctoribus Legentibus circa Hoſpitationes Militum. 9. Januarii.

Productio in actis D. Poteſtatis dictarum Literarum.

1503. Confirmatio Privilegior. utriuſque Collegii DD. Doctorum Juriſtarum, & Artiſtarum, ſeu Medicorum Civitatis Papiæ facta per Sereniſſimum Ludovicum XII. Francorum Regem. 20. Februarii.

1504. Productio Regiarum Literarum in actis D. Prætoris ſuper controverſia exemptionis Doctorum de Collegio. 9. Januarii.

Literæ ſuper exemptione Lectorum ab hoſpitatione Militum. 8. Julii.

Aliæ conſimiles etiam pro Doctoribus de Collegio. 4. Auguſti.

1505.

1505. Pro allogiamentis dandis Armigeris Regiis ab omnibus &c. exceptis Doctoribus actu legentibus. 23. Januarii.

1508. Literæ Regiæ pro reformatione, & mutatione Campanæ Studii, ut ſit amplioris ſonitus. 22. Novembris.

Deliberatio facta in Conſilio Civitatis, & Proviſio ſuper pulſatione Campanæ, & aliis ad Studium &c. 27. utſupra.

Reſponſio Civitatis porrecta Regiæ Majeſtati ſuper idoneitate dictæ Campanæ. 30. dicti.

1509. Inſcriptiones ad Sacellum Beatæ Cattharinæ Virginis Studii Patronæ in Eccleſia Sancti Thomæ.

Inſcriptiones ad Sacellum B. M. V. de Monte Carmelo pro Sepultura Ultramontanorum.

Scrutinium pro electione Rectoris Juriſtarum Studii. 4. Julii.

1510. Literæ Regii Generalis L. T. nunciantes mortem Dominæ Duciſſæ Mediolani invitatoriæ Doctoribus, & Studio pro acceſſu ad ejus funera. 21. Februarii.

Edictum pro acceſſu ad dicta funera.

1511. Supplicatio porrecta Regi Francorum per Populum Papiæ, ut expleri poſſint certa ſolita ſolemnia, non obſtantibus ordinibus contra Scholares fact. &c. cum Decreto &c. 8. Maii.

1514. Superſedentia a ſolutione novæ additionis onerum favore DD. Doctorum de Collegio. 19. Julii.

Alia ſuperſeſſoria ſuper eodem. 13. Septembris.

1516. Literæ Regiæ, ut compenſetur Hæredibus quond. Magiſtri Joannis de Montenate de Roxate eorum portio taxæ Scutor. 250. ſuper rata ejus ſtipendii, attento quod legere fecerit per Subſtitutum. 21. Aprilis.

Productio in actis dictarum literarum cum termino ad opponendum. 23. utſupra.

Supplicatio dictorum Hæredum de Montenate de Roxate.

Alia productio dictorum Hæredum in cauſa utſupra.

Literæ Reg. Franciſci Reg. Franc. Poteſtat. Papiæ pro publicatione Edicti aperitionis Studii ad Feſtum S. Lucæ, & quod nemo audeat aliunde ſe conferre ſine licentia &c. 18. Septembris.

Literæ D. Sebaſtiani Ferrarii Magiſtri Intratar. Exactoribus taxæ ſubſidii, de non moleſtandis Doctoribus Legentibus cauſa dicti ſubſidii, cum præſentatione, & petitione earum executionis. 27. Decembris.

1517. Pro excludendo ab Officio Rectoratus Studii Oriundo hujus Comitatus ex Oppido Mortarii &c. 21. Maii.

Literæ Magnifici Auguſtini Panigarolæ ſuper exemptione ab allogiamentis Militaribus favore Scholarium. 2. Novembris.

1518. Pro immunitate ab allogiamentis, & aliis favore Doctorum utriuſque Collegii Papiæ. 15. Junii.

Literæ Regiæ favore Gaſparis Baldizoni Bidelli Studii pro ejus exemptione ab allogiamentis Militari-

litaribus. 15. Julii.

Supplicatio ejuſdem Baldizoni Bidelli pro dicta exemptione.

1519. Ut recognoſcatur de jure exemptionis favore Lectorum &c. 19. Maii.

Pro manutenendis locationibus Domuum Scholaribus factis, etiam contra concurrentiam allogiamenti Militaris. 11. Octobris.

Literæ Regiæ ſuper exemptione DD. Lectorum a ſolutione Taxæ recenter impoſitæ &c. 7. Novembris.

Recurſus Joannis Mariæ Silvatici contra talem exemptionem.

Pro exemptione Lectorum a ſolutione Taxæ. 29. utſupra.

1520. Pro ſolutione ſalarii Magiſtri Quintiani Lectoris, ſuper Scutis 100. ſubſidii exacti &c. Primo Junii.

Pro ſolutione ſalarii D. Joannis Antonii Caſtillionæi. 15. Septembris.

Pro omnimoda ſolutione aſſignationis, & anticipationis factæ Lectoribus Studii Papiæ. 22. Novembris.

Decretum Franciſci primi Regis Franciæ favore Studii, & pro morigeratione Studentium ne incedant armati, ſed talari veſte induti, & ſe contineant &c. cum Edicto ne Subditi aliunde ſe conferant ad ſtudend.

1521. Propoſitio, & diſpoſitio Civitatis pro habendo recurſu ad Regium Senatum favore Magiſtri Joannis de Federicis &c., ut eidem conferatur Lectura Hebraicæ translationis &c.

Supplicatio Civitatis porrecta Regiæ Majeſtati pro dicto Magiſtro Joanne &c.

1522. Edictum Ducale pro Studio, & quod omnes teneantur accedere &c. 7. Octobris.

Edictum pro nova aperitione Studii Papiæ, & quod nullus Subditus alibi accedat &c. 18. utſupra.

Decretum Ducale ſuper exemptionibus, & immunitatibus Doctor. Legentium, & pro confirmatione Privilegiorum &c. 17. Decembris.

Supplicatio Doctorum de Collegio &c.

1523. Confirmatio, & admiſſio Decreti Ducal. de quo ſupra fact. per Gubernatorem Papiæ. 2. Januarii.

Confirmatio Ducalis Privilegiorum DD. Phyſicorum de Collegio Papiæ. 18. Februarii.

Literæ Civitatis Excellentiſſimo Duci Franciſco Sfortiæ II. ne removeatur a Lectura Theologiæ Ven. Fr. Marianus de Crema ad inſtigationem alterius Fratris Olini; ubi notabilia &c. 17. Julii.

1524. Fuſa fuerunt Inſignia, ſeu Stemmata Univerſitatis hoc anno, quæ Rectorale Sceptrum appellabantur, ut ex eorum argento efformarentur pecuniæ ad ſtipendia Militum in obſidione Civitatis. *Ex Balada.*

1525. Literæ Ducales, & Edictum pro aperitione, & renovatione Studii. 26. Octobris.

1526. Quod nullus Scholaris audeat ſibi

ſibi per vim arrogare Officium Rectoratus, vel alterius Scholaſticæ Dignitatis ſub pæna Rebellionis &c. 17. Aprilis.

1530. Literæ Civitatis Excelſo D. Duci ſuper vociferatione transferendæ, ſeù ampliandæ facultatis Lauream conferendi &c. 10. Julii.

Inter capitula conventa per Civitatem Papiæ cum D. Duce Franciſco Sfortia II. &c. Quartum de non exercenda per Collegium Mediolani facultate Lauream conferendi, cum revocatione Laureæ collatæ cuidam Hieronymo Pecchio, & ut redeat ad Univerſitatem Papiæ pro reaſſumenda Laurea &c. 10. Septembris.

Decretum particulare, ut dictus Hieronymus Pecchius Mediolani Laurea donatus eam reaſſumat in Studio Papiæ. 22. utſupra.

1531. Literæ Ducal. ne alibi, quam Papiæ Doctoratus inſignia conferantur. 18. Februarii.

Capitulum ſupplicationis Civitat. circa Studium, & Laureas.

Relatio facta per Magnificum Trovamalam de Doctoribus fiendis in Studio Papiæ tantum. 22. utſupra.

Decretum quod omnes Subditi Civitatum Ducalium, non alibi Doctoratus inſignia accipiant, quam in Civitate Papiæ. 11. Martii.

Publicatio Edicti de non aſſumenda Doctorali Laurea alibi, quam in Civitate Papiæ. 12. utſupra.

Literæ Magnifici Præſidis Senatus directæ Civitati ſuper concernentiis Studii, & nundinarum. 16. Martii.

Proclama pro felici Studio Papiæ incipiendo in Feſto Sancti Lucæ proximo. 10. Junii.

Literæ Civitatis Illuſtri D. Senatus Præſidi, & Magnifico Sfondrato pro gratiarum actione de bene geſtis cauſa Studii, & ſupplicatio pro continuatione eorum protectionis.

Literæ Civitatis dicto D. Magnifico Sfondrato Protectori Studii, pro reaſſumendo, & aperiendo ipſo Studio. 1. Octobris.

Literæ Civitatis eidem pro ædificatione Scholarum &c. 5. Novembris.

Super literaria concertatione inter D. Paronam Lectorem, & D. Cuneum &c. Item ne Lectores extra Scholas Univerſitatis profiteantur &c. Et de immunitate Datiorum Scholaribus ſervanda. 11. Decembris.

1532. Pro habendis informationibus circa Collegium Caſtillionæum &c. 3. Januarii.

Pro iiſdem informationibus. 15. dicti.

Ut Rev. Prior Carmelitarum perſeveret ad Lecturam Logicæ, ad quam deſignatus antea, cum laude verſabatur. 4. Aprilis.

Pro diſſidio inter Scholares Ciocabononiam, & Socios cum Franciſco Lignano. 2. Maii.

Pro habendis informationibus reddituum Collegiorum de tempore belli &c. 3. Junii.

Quod Magiſter Bubideus Rector

 Juriſ-

Juriſtar. eximatur ab onere ſolemnitatum dicto Officio incumbentium. 15. Julii.

Literæ Civitatis pro expeditione Rotuli, & ſuper obſervantia Decreti favore legere volentium Papiæ. 3. Octobris.

Aliæ ejuſdem ad Illuſtrem D. Præſidem ſuper iiſdem. 23. utſupra.

Pro componendis diſſidiis inter Scholaſticos, & de continuandis Circulis Literariis poſt Lectiones. 20. Novembris.

1533. Literæ Civitatis ad Excelſum D. Ducem ſuper exceſſibus Scholarium. 29. Aprilis.

Ut D. Andreas Ribrotus Legum Scholaris poſſit redire ad Studium. 11. Julii.

Electio facta per Senatum D. Antonii Bubulci in Rector. Juriſtarum. 12. utſupra.

Literæ Senatus pro conſtructione Porticus Univerſitatis, & pro reparatione Pontis Ticini. 15. Octobris.

Literæ Civitatis D. Franciſco Mariæ Trovamalæ Oratori ſuper iiſdem. Die utſupra.

Confirmatio in Vice Rectorem Artiſtarum D. Facini. Dicta die.

Literæ Ducal. ut Deputati Civit. accedant ad Excel. Senatum pro deliberatione ſuper taxa Duodenarum pro Scholaribus. 25. utſupra.

Literæ ſuper reductione Duodenarum favore Scholarium. 25. utſupra.

Lit. Civit. dicto D. Franciſco Oratori ſuper Duodenis Scholarium, & ſolutione Officialium Sanitatis. 27. utſupra.

Lit. Civit. credentiales pro Oratoribus D. Duci in cauſa exceſſivi pretii Duodenarum pro Studentibus.

Literæ Civit. D. Commiſſario Bladorum ſuper immunitate Lectorum etiam in concernentiis ejus Officii &c., & ne moleſtetur D. Parona Lector. Die utſupra.

Proclama cum taxa Duodenarum per Scholares ſolvendarum. 3. Novembris.

De ſcholaſticis concertationibus per Lectores fiendis poſt Lectiones. 10. utſupra.

1534. Ut R. P. Girellus poſſit abeſſe a Lectura cum facultate ſubſtituendi. 3. Januarii.

Ut Scholares abſtineant a publico Ludo quem paraverant; & quod Feriæ Baccanalium non anticipentur. 23. utſupra.

Contra infractores Decreti Senatus ſuper tempore Vacationum. 26. utſupra.

Ut Scholares audiant Lectores ſibi beneviſos. 28. Martii.

De non confirmando antecedenti Artiſtarum Rectore, ſed de novo alio omnino eligendo. 6. Maii.

Ut Senatus informetur pro confirmatione Rector. Artiſtar. 15. utſupra.

Commiſſiones variæ per Senatum datæ ſuper diſſidiis inter Artiſtas, & ſuper electione ejuſdem Rectoris. 27. utſupra.

Incantus pro fabricando Porticu Scho-

Scholarum cum deliberatione facta Appaltatori &c. 27. Julii.

Literæ Senatus Cæſareo Regii pro exemptione Univerſitatis Studii Papiæ ab impoſitione oneris Focolarium &c. 8. Auguſti.

Pro exemptione, & immunitate utſupra, etiam ex pacto inter Civitatem, & Principem conventa, & promiſſa. 3. Septembris.

Pro habendis informationibus de Antonio Beccio Bidello an ſit removendus. Primo Octobris.

Pro habendis informationibus aſſignatæ, & mutatæ horæ Philoſoph., & Artiſt. 30. utſupra.

Pro concilianda concordia inter Beccium, & Gambolatum Bidel. Dicta die.

Acta ſuper electione Rectoris Artiſtarum.

Acta ſuper controverſia inter Doctores Collegii DD. Phyſicorum.

Continuatio ad Lectur. Extraord. Jur. Civil. D. Ardicini Peragiſæ. 2. Novembris.

Pro refectionibus, & reparationibus Scholarum &c. 4. utſupra.

Edictum pro inſtauratione Studii, & pro continentia Scholarium, ut morigerate vivant. 9. utſupra.

Pro gratia redditus ad Studium DD. Caſtelli, & Placentini Scholarium, & de Matthæo Curtio Lectore ad Novum Conduct. &c. 12. dicti.

Quod DD. Lector. inſiſtant in explicatione non in dictand. 26. dicti.

Literæ a ſecretis Senatus, quod Lectiones fiant oretenus, & non in ſcriptis. Dicta die.

Preces D. Palmæ pro commutanda Lectura ſua Matutina in Veſpertinam. 26. utſupra.

1535. Pro habenda juſtificatione cauſæ diſceſſus D. Caſſiani Medicinæ Lectoris. 9. Martii.

Novæ inſtantiæ pro jure Prioris Ultramontanorum. 23. utſupra.

Ut D. Franciſcus Ripa Senator poſſit in ſua Lectura ſubſtituere D. Bellonum ejus invaleſcentia durante. 30. Aprilis.

Pro habendis informat. de Privilegio Prioris Ultramontanor. ſuper armorum delatione. 21. Maii.

Pro informat. morum Sicci, & Bonvicini Scholarium Brixienſium. 21. utſupra.

Ordo pro electione Rectoris Artiſtarum Studii &c. 15. Junii.

Pro electione Rector. Artiſtarum, vel confirmatione antecedentis. 15. Julii.

Literæ D. Sfortiæ ſuper petitione D. Pirovani ad Lecturam. 20. Auguſti.

Pro informat. Jurium Provincialium, & Civium circa creationem Conſiliariorum. 31. dicti.

Supplicatio Civitatis porrecta Excellentiſs. Duci pro DD. Doctoribus de Collegio circa cauſas appellationis, & commiſſionem cauſarum. Octobris.

An ſit parcendum Scholari Caſalenſi pro injuria illata D. Rectori. 16. utſupra.

Pro augmento ſalarii Magiſt. Franciſci Caſſani. 24. utſupra.

Ut ſolvantur ſtipendia Lectoribus. 2. Novembris.

Quod D. Boſchus Codecha in ſcholaſticis concertationibus ordinem ſervet. 12. utſupra.

Literæ Civitatis DD. ejus Oratoribus ſuper ſolutione ſalariatorum Studii omnino curanda. 21. utſupra.

Ut D. Codecha Lector. Jur. Can. ordinate, & ſerio ſe gerat in Scholaſticis concertationibus. 24. utſupra.

Literæ Cæſareæ cum Edicto &c. pro continentia, & honeſtate Scholarium, ut morigerate vivant, & ne ſcandala committantur &c. una cum Edicto pro renovatione Studii &c. 10. Decembris.

1536. Literæ Civitatis Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Epiſcopo de Rubeis, ne concedatur facultas Collegio Doctorum Mediolani, nec alicui aliæ Univerſitati creandi Doctores in detrimentum Studii Papiæ, ubi exhibitio Privilegiorum &c. 8. Januarii.

Informationes ſuper mutatione horæ, & de ſervandis concertationibus inter Concurrentes. 9. Junii.

Lit. Civit. Illuſtri Magiſtratui ſuper aſſertis lamentationibus Univerſitatis pro additione Carnium. 3. Julii.

Literæ cum Rotulo cum monitione mutationis horæ ad legend. 6. Octobris.

Literæ cum Rotulo, & inſtructione circa ordinem Legendi, & pro conciliatione diſſidii inter Becium, & Gambolatum Bidellos. Dicta die.

Pro exemptione, & immunitate ab impoſitionibus Univerſitati continuanda, & ſervanda &c. 18. utſupra.

De præcedentia D. Mandelli in concurſu cum D. Muntio. 26. utſupra.

Ut D. Covus Legat eodem loco quo legit anno ſuperiore. 4. utſupra.

Pro informationibus an P. Magiſter Alius Legat Philoſophiam Moralem, & quateuus &c., quod ei ſubſtituatur P. Magiſter Julius Placentinus. 9. dicti.

De præcedentia inter DD. Palmam, & Vegium. Dicta die.

De taxanda pecunia loco honorarii Caponum Scholaribus ſolvenda. 24. utſupra.

Pro informationibus idoneitatis D. Boldoni ad Lectur. eligendi. 27. dicti.

Quod D. Boldonus promoveatur ad Cathedram Cardani, & Bonettus Legat ad eam Boldoni. Primo Decembris.

Taxa honorar. Caponum facta unicuiq. Lector. ad ratam ſalarii. 9. utſupra.

Electio D. Andreæ Camuzii ad Lectur. Prognoſticorum. 14. utſupra.

Pro confirmatione Polydori Tienæ in Vice Rectorem Artiſtar. 11. utſupra.

Præſentatio Literarum pro admiſſione dicti P. Magiſt. Placentini. 13. utſupra.

Rotu-

Rotulus Lectorum Juriſtarum, & Artiſtarum Studii Papiæ, cum aſſignatione ſtipendiorum, & notula actu Legentium.

Inſtantia Senatus pro aperitione, & continuatione Studii. 3. Novembris.

1537. Literæ cum Rotulo, & deſignatione ſalarii. 1. Januarii.

De inquirendo Profeſſore, qui Logicæ incumbat. 6. utſupra.

Informationes ſuper electione Magiſtri Placentini ad Lectur. Logicæ. 12. utſupra.

Ut Mancaſſola Scholaris poſſit ad Studium redire. 27. utſupra.

Electio præventiva D. Caſſiani ad Lectur. primo vacantem. 22. Februarii.

Promotio Magiſtri Camutii ad Cathedram Logicæ. 12. Aprilis.

Pro informationibus ſuper exceſſu Scholaris contra Rectorem Artiſtarum, & quod Vincentius de Caſali delinquens accedat ad Senatum. 22. Junii.

Denunciatio dicto Vincentio &c. ſupraſcripti Decreti. 24. dicti.

Relatio Reverendi Vicarii de concernentiis, & facto dicti exceſſus. 26. dicti.

Providentia Senatus circa factum dicti exceſſus. 30. utſupra.

Inſtructio per Civitatem data D. Oratori ſuper exponendis, & petendis &c. ab Auguſtiſſimo Imperatore Carolo V. circa concernentia ad Studium Papiæ, & præcipue ſuper ſolutione ſtipendiorum.

Literæ pro aperitione Studii, cum Edicto, ut omnes Subditi accedant &c. cum alio Edicto conſimili. 26. Septembris.

Literæ Civitatis commendatitiæ favore P. Magiſtri Antonii de Cortemilia pro Lectura Theologiæ in Studio Papiæ. 6. Octobris.

Pro ſuſpenſione Studii ob metum Belli. 2. Novembris.

Literæ Civitat. DD. Oratoribus pro inſtantia reaſſumendi Studii ſuſpenſi ob metum Belli. 28. utſupra.

Literæ Civitat. D. Julio Buttigellæ Barcinonæ in Aula Cæſarea degenti, ut una ſimul cum D. Ricio Oratore Mediolanenſi curet continuationem, & augmentum Studii Papiæ, & pro ſatisfactione Lectorum. 16. Decembris.

Literæ Civitat. Supremo Cancellario pro reaſſumptione Studii ſuſpenſi ob metum Belli, & pro ſolutione ſalariorum. 18. utſupra.

1538. Literæ Civitat. R. P. Hieronymo Girello Ordinis S. Franciſci, ut ſe transferat ad hoc Studium Papiæ pro Lectura Philoſophiæ. Primo Januarii.

Literæ Civitat. D. Andreæ Camutio Artium, & Medicinæ Doctori pro ejus reddita ad Lecturam. 2. utſupra.

D. Julii Buttigellæ Civitatis Papiæ ſuper eidem impoſitis ad Curiam Cæſaris, de reintegratione Studii. 7. utſupra.

Lit. Civitat. D. Joanni Angelo Ricio pro gratiarum actione de per eum geſtis apud Cæſarem pro augmento Studii, & inſtantia, ut

ut perſeveret in opere &c. 8. Februarii.

Literæ Civitat. credentiales Illuſtri D. Senatus Præſidi pro D. Trovamala Oratore circa ab eo proponenda pro Studio Papiæ. 30. Septembris.

Quod Balduinus poſſit Legere Jus Canon., vel Civil. tempore Feriarum. 4. Auguſti.

Proclama pro continuatione Studii juxta ſolitum. Primo Octobris.

Pro informationibus deſignandi Lectoris ad Logic. 8. utſupra.

Literæ Civitat. Illuſtri D. Senatus Præſidi, ut ponatur in Rotulo D. Secundus Curionus Lector. &c. 9. utſupra.

Ejuſdem ad eund. pro R. P. Adriano de Venetiis Ordinis Prædicatorum ad Lecturam Philoſophiæ. 12. utſupra.

Electio D. Brocardi loco D. Croti ad Cathedram Inſtitut. 19. utſupra.

Rotulus DD. Medicorum, & Artiſtarum Univerſitatis Papiæ, cum aſſignatione Cathedræ.

1539. Pro habendis informationibus Magiſtri Julii Ferrarii Placentini Lector. 8. Januarii.

Proteſtatio facta nomine Civitatis coram D. Prætore, in cauſa J. C. D. Joannis Baptiſtæ Palmæ ſuper aſſerto ejus ſalario. 8. Februarii.

Pro Magiſtro Vincentio Silvano deputato ad Theoricam Extraordinar. loco Joannis Baptiſtæ Facini. 4. Martii.

Literæ Civitatis pro D. Joanne Andrea *Z*erbo ſubſtituendo ad Lecturam Canonicam loco Joannis Jacobi de Perro de Caſali infirmi &c. 8. utſupra.

Proteſtatio emiſſa per quamplures Scholares, quod non conſenſerint impoſitioni additionis Carnium. 7. Maii.

Literæ cum Rotulo, & taxatione ſalarii uniuſcujuſq. Lectoris. 22. Decembris.

Literæ Civitatis pro ſalario Lectoribus ſolvend.

1540. Literæ Civitatis Illuſtri D. Senatus Præſidi pro ſalario D. Joannis Andreæ *Z*erbi Lectoris Jur. Canonici. Primo Januarii.

Literæ Civitatis D. ejus Oratori, ut Doctores Legentes perſeverent in Studio, & ſatisfiant de eorum ſalariis. 19. Februarii.

Notula expenſarum factarum per Deputatos Civitatis pro acceſſu Mediolanum ex cauſa promota contra Scholares. 13. Aprilis.

Rotulus DD. Medicorum, & Artiſtarum, cum aſſignatione ſtipendii.

1541. Decretum ſuper juriſdictione D. Poteſtatis, & Rectoris Studii in Cauſis Scholarium, & pro eorum continentia. 30. Martii.

Editio Novarum Conſtitutionum, in quibus de Univerſitate Papiæ in Tit. de Senatoribus, & in Tit. de Gymnaſio Ticinenſ. &c. ubi de antiquitate, prærogativis, & privilegiis, 27. Auguſti.

Supplicatio R. Rectoris Almi Collegii Caſtillionæi pro habenda confirmatione Imperialis Privilegii.

Con-

Confirmatio Imperialis Privilegiorum dicto Almo Collegio conceſſorum per Imperatorem Sigiſmundum. 8. Septembris.

Interinatio Senat. infra 1550. 30. *Januarii.*

Literæ cum Rotulo, & inſtantia pro augmento Studii. 30. utſupra.

Pro D. Senago ponendo in Rotulo. 5. Octobris.

Pro Magiſtro Philippo Marengho eligendo ad tertiam Theor. Medicinæ. 15. utſupra.

Rotulus DD. Juriſtarum Studii Papiæ aſſignata unicuiq. Lectura.

1542. Acta judicialia coram Referendario Papiæ inter Univerſitatem, & Civitatem ſuper petita ejus portione additionis den. 6. pro qualibet libra Carnium. 5. Januarii.

Quod tempore Anatomiæ intermittendæ ſint aliæ Lectiones, & de tempore Vacationum Carnis Privii. 18. dicti.

Reſponſio R. Vice Cancell. ſuper concernentiis Studii, & potiſſimum Anatomiæ, & Vacationum. 23. utſupra.

Literæ Excelſi Status Moderatoris pro ſuſpenſione moleſtiæ Lectoribus illatæ cauſa impoſitionis Focolarium. 22. Junii.

Literæ Civitatis D. Oratori ut inſtet pro aperitione Studii. 12. Octobris.

Literæ Civitatis D. Oratori ſuper propoſito Concurſu Civitatis ad ſolutionem ſalarior. Lectoribus Studii &c. 14. utſupra.

Literæ Civitatis D. Speciano Capitaneo Juſtitiæ pro ejus Patrocinio in concernentiis Studii 17. dicti.

Inſtantia Senatus Excelſo Status Moderatori pro inſtauratione Studii. Die utſupra.

Expenſæ factæ per Oratorem in Civitate Mediolani ex cauſa Studii.

Literæ Civitatis D. Buttigellæ ut accedat Papiam pro eundo Mediolanum ex cauſa Studii. 8. Novembris.

Literæ Civitatis credentiales pro ejus Oratoribus in cauſa Studii. 9. utſupra.

Literæ Civitatis Illuſtri D. Senatus Præſidi pro inſtauratione Studii. utſupra.

Literæ D. Capitanei Juſtitiæ Speciani &c. de ab eo geſtis in cauſis Studii. 20. utſupra.

Literæ Excelſ. Status Moderatoris pro ſuſpenſione Studii cauſa Bellorum. Die utſupra.

Literæ Civitatis D. Butigellæ ut ſe conferat Mediolanum ex cauſa utſupra. 26. dicti.

Aliæ ſimiles D. Julio Buttigellæ. 31. utſupra.

1543. Literæ Excell. Gubernator pro exemptione DD. Doctorum a tertio Taxæ ſubventionis impoſitæ &c. 12. Junii.

Literæ Magiſtratus pro manutentione dictæ exemptionis comprehenſis etiam Bidellis &c. 11. Julii.

1544. Literæ Exactoris Impoſitionis Focolarium, ut omnino fiat exactio a Lectoribus attento lapſu ſuperſeſſoriæ. 21. Januarii.

Lite-

Literæ Excelſi Moderatoris pro compenſatione facienda Lectoribus eorum creditorum ſuper parte oneris menſualium. 25. Februarii.

Literæ Oratoris Civitatis, in quibus inſinuatur concurſus ejuſdem ad ſolutionem ſtipendiorum Lectoribus. 12. Octobris.

Pro diferenda electione Rectoris, & de habendis informationibus D. Campiſii. 12. Novembris.

De Concurrenti dando Cathedræ Chyrurgiæ. Dicta die.

Preces Scholarium pro habendo Rectore Campiſio.

Pro Lectore Chyrurgiæ, & pro Rectore eligendo. 19. utſupra.

Ut cercioretur Senatus de idoneis ad Lecturam Inſtitutionum. 11. Decembris.

De Theologis Studii ad Concilium Trident. mittendis. 30. utſupra.

1545. De habendis informationibus ſuper competentia promotionis inter Campiſium, & Curtium. 9. Januarii.

Pro D. Venturino Vaſore electo ad Lectur. Oratoriæ.

De ordine neceſſariæ promotionis inter Profeſſores Jur. Canonici, & Jur. Civilis. Februarii.

De horarum diſtributione ſingulis Artiſtis aſſignata, & de ſcholaſticis concertationibus.

Pro ſalario Lectoribus debito, ut perſeverent, data ſpe celeris ſolutionis. Primo Martii.

Literæ D. Zerbi Oratoris ſuper propoſitis modis ſatisfaciendi Lectoribus, ut curetur expeditio. 3. utſupra.

Pro tranſmittenda notula Prælatorum, & Religioſorum, qui accedant ad Concilium. 14. utſupra.

Literæ Civitat. Illuſtri D. Senatus Præſidi pro Oratoribus miſſis ad informandum ſuper nonnullis, quæ contigerunt circa Scholares. 23. Aprilis.

Pro informationibus querelæ contra D. Polyctonium Mediabarbam de aſportata originali Scriptura e manu Secretarii Senatus. 26. Junii.

Relatio D. V. Cancell. pro ſinceratione, & expurgatione ſuper prædicta aſportatione.

Reprobatio electionis Rectoris D. Auguſtini Lebæ, & quod fiat nova electio. 6. Julii.

Pro Rectore Campiſio continuando. 15. utſupra.

Inſtantia D. Polydamantis Mayni Lectoris, & Civis, ut promoveatur aperitio Studii. 6. Septembris.

Super jure promotionis inter DD. Campiſium, & Curtium Jur. Canon. Profeſſores pro D. Campiſio.

Ut D. Gambarana diſponatur ad acceptandam Lecturam Inſtitut. 3. Octobris.

Literæ Cæſareæ pro aperitione Studii cum publicatione Edicti, ut Scholares accedant. 23. utſupra.

Literæ Civitat. D. Zerbo Oratori, ut viriliter agat pro aperitione Studii, & ſolutione ſtipendiorum.

Pro

Pro continuandis ad ſolitas Lecturas DD. Ordono, & Cattaneo, & pro informat. idoneitatis D. Portii promovendi ad Lecturam Jur. Canon. 9. utſupra.

Taxa ſuper exactione honorarii Caponum per Lector., & alios Scholaribus contribuendi, & de recuperando depoſito dictorum honorariorum pro conſtruendo Sceptro Rectoratus, & quod procedatur contra Depoſitarios. 24. utſupra.

Pro Bidello Gambollato ſuffecto in locum Becii defuncti, & pro informat. ſufficientiæ ejuſdem Gambollati. Dicta die.

De Rectore Juriſtarum eligendo. 25. Auguſti.

Literæ Senatus, ut electio Rectoris omnino fiat. Dicta die.

Super electione Rectoris Juriſtarum. 26. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. factæ electionis Rector. 5. Septembris.

Lit. Civit. Illuſtriſs. D. Præſidi pro D. Jo: Thoma Gualla Lect. Jur. Civil., ut habeat licentiam accedendi ad Aulam Principis pro negotiis Civitatis, & Studii. 18. Octobris.

Atteſtatio ſpontaneæ dimiſſionis a Lectura D. Cuchii. Dicta die.

Ut D. Antonius de Georgiis Leg. Schol. expleat Orationem aperitionis Studii. 19. utſupra.

Lit.

Lit. cum Tabul. pro earum publicatione, & affixione, & quod eligatur idoneus ad officium Rectorat. Juriſtar., & quod D. Thomas Guala poſſit abeſſe cum facultate ſubſtituendi, qui tamen non ponatur in Tabulis. 27. utſupra.

Quod proluſiones Lectorum habeantur his diebus, quibus non legitur, & quod reficiantur Sedilia ex Pecuniis Rectoratus obventis tempore ejus deficientiæ. 31. utſupra.

Quod exteri Profeſſores Medicinæ manuteneantur in poſſeſſione dandi vota Scholaribus ad Doctoratum promovendis, & de hora deſignanda ſimplicium Oſtenſori. 3. Novembris.

De interinali providentia concurrentium ad Scholaſticas Concertationes. 9. dicti.

Quod Lectores Cathedram aſcendant ſtatim poſt ſonum Campanæ, & quod aſſignetur hora Profeſſori Rethoricæ, & eligatur Rector, vel Vice-Rector Studii &c. 14. utſupra.

De non immutanda hora, & præcipue pro Arte Oratoria, & de aliis providentiis circa Studium. 23. utſupra.

Ut Monferratenſes præcipuum ſibi Conſiliarium eligere poſſint. 1. Decembris.

Preces Monferratenſ. pro cauſa utſupra.

De mutanda hora Profeſſori Chirurgiæ, & rælatio R. Vice-Cancell. ſuper eodem. 4. dicti.

De inquirendo Profeſſore, qui Anathomiæ incumbat. 14. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. de idoneo ad Anathomiam. 16. utſupra.

Confirmatio facta per Scholares DD. Miarolæ, & Brandani pro Anathomia perficienda. 18. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. ſuper diſpoſitione Statut. Collegii Medicorum pro votis in Laurea dandis &c.

1565. Literæ cum Tabulis pro earum publicatione, & affixione, & pro obſervantia Conſtitutionum, & Ordinum &c. 8. Januarii.

De corrigendis variis erroribus Rotuli.

De non immutanda hora Lecturæ D. Trono Chirurgiæ Profeſs., & de habendis informationibus Statutor. Colleg. Medicorum ſuper voto per Lectores dando Scholaribus ad Lauream promovendis. 10. dicti.

De non ampliandis Bacanalium Feriis, & de continuandis Lectionibus juxta ſolitum ſub pœna exilii Scholaribus impedientibus. 12. utſupra.

Publicatio ſupraſcripti Edicti de non intermittendo Studio. 16. utſupra.

Relatio hujuſmodi publicationis. Dicta die.

Literæ Senatus D. Vice-Cancell. Studii de promotione, & augmento Salarii DD. Gallinæ, & Lampugnano. Die utſupra.

De referendo Excelſo Senatui nomine Lector. de Act., & Mathemati-

maticarum, qui a Rectoribus eliguntur. 23. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. ſuper controverſia Colleg. Medicorum de non admittendis Exteris ad vota Laureandorum. 28. utſupra.

De Lecturis de Actionibus, & Mathematicarum per Rectorem Studii eligend. Dicta die.

Copia Statuti Collegii Medicorum.

Lit. Egr. Senatus a Secretis R. D. Vice-Cancell. Studii pro augmento ſalarii D. Chriſtophoro Craverio Lector. Logicæ. 17. Februarii.

Quod Fr. Roſanus poſſit abeſſe cauſa ſuæ Concionis, & ſuppleat per Subſtit. Dicta die.

Cedula pro deliberatione reparationum faciendarum in Scholis Papiæ. 12. Martii.

De creando Rector. Juriſtar., ſeu Vice-Rectore. 10. Julii.

Lit. Civit. D. Senatori Politonio Mediobarbæ, ut commendatum habeat D. Franciſcum Bozulum Lector. Jur. Civ. pro ejus promotione, & augmento ſalarii. 9. Auguſti.

Aliæ Lit. Civit. eidem D. Senatori pro ejus officiis favore dicti D. Bozuli. 22. dicti.

Aliæ Civit. D. Senatori Prætori ejuſdem Urbis, ut in ſtabiliendis Rotulo, & Stipendiis Univerſit. adhæreat promotioni, & augmento ſalarii dicti D. Bozuli. Dicta die.

Quod D. Allanta Scholaris poſſit explere Orationem aperitionis Studii. 28. Septembris.

Lit. cum Tabul. pro earum publicatione, & affixione, 4. Octobris.

Pro D. Philalteo Philoſophiæ Lectore, ut reſarciatur de honorariis binarum Promotionum ſibi debitarum. 12. dicti.

De diſſidio inter Tornielum, & Guallam occaſione Scholaſticæ Concertationis, & quod Gualla cedat Tornielo ſeniori, & honorabiliori. 13. utſupra.

Relatio acceptarum, & publicatarum Tabularum. 16. utſupra.

De mutatione horæ facta D. Bobio Lect. Theoricæ. 24. utſupra.

De habendis informationibus D. Pauli Eſtenſis eligendi ad Lect. de Actionibus. Dicta die.

Reſponſio Rev. Vice-Cancell. ſuper idoneitate prædicta. 27. utſupra.

Solutio facta D. Philalteo de portionibus per Colleg. retentis. 29. utſupra.

Electio D. Eſtenſis ad Cathed. de Action., & de non mutanda hora Lect. Rethor. 5. Novembris.

Quod Tornielus ob ſenectutem concertet tantum cum Gualla. 7. dicti.

De Scholaſticis Concertationibus inter Cæphalum Berrettam, & Vicecomitem. 14. utſupra.

De proviſione Scholæ capacioris pro numeroſitate Scholarium D. Tridini. 17. utſupra.

De Diſputationibus, & Concertationibus Academicis inter Profeſſo-

feſſores omnino adimplendis juxta conſuetudinem, & Decreta &c. 19. utſupra.

De dictis Concertationibus omnino faciendis præcipue inter Tornielum, & Guallam, Cæphalium, & Berrettam &c. Dicta die.

Super controverſia Collegii Medicorum. 21. utſupra.

De Concertationibus omnino faciendis ſub pœna ammiſſionis ſalarii &c.

Relatio Rev. Vice-Cancell. de acceptatis per DD. Profeſſores Senatus Decretis pro Concertationibus inter eos peragendis. 22. utſupra.

De habendis informationibus eorum, qui Sedilia fregerunt.

De licentia abeundi conceſſa D. Lampugnano.

De habenda diſpoſitione Statutorum Collegii Medicorum pro Voto per Profeſſores in Laureis præſtando. 23. utſupra.

Quod Cavanea, & Balduinus perſeverent in conventis circa Promotiones. 24. utſupra.

Quod D Tornielus omnino incumbat Concertationibus. 27. utſupra.

Alius Ordo, quod D. Tornielus congrediatur, & de habendis informationibus Perturbantium dictas Concertationes. 28. dicti.

Relatio Rev. Vice-Cancell. ſuper exceſſu Scholarium, & de Statut. Colleg. Medic. ad Senat. remiſſo, & de recuſata per Tornielum Concertatione. Primo Decembris.

Alia relatio non recuſatæ per Tornielum Concertationis, & de difficultate verificandi Deturbatores. 2. dicti.

Pro informat. idoneitatis Concurrentium ad Cathed. Metaphyſ. providendæ per mortem R. Magiſtri Archangeli, ubi de ejus laudibus &c. 3. utſupra.

De controverſiis inter Tridinum, & Philalteum ſuper Schola, & inter Tornielum, & Guallam. 5. utſupra.

Lit. in defectum antecedentium, ut ſerventur ſupradictæ conventiones inter dictos Cavaneam, & Baldinum &c. 6. utſupra.

Relatio idoneitatis Concurrentium ad Lecturam Metaphyſicæ. 16. utſupra.

Promotio D. Mangani a Lectura Criminali ad Primam Inſtitut., & quod eidem aſſignetur locus, & hora legendi. 18. utſupra.

Preces D. Cavaneæ, ut alias per Senatum ordinata ex identitate rationis ad ipſum quoque extendi debeant.

Supplicatio Univerſit. Artiſtarum, ut reformentur etiam eorum Scholæ, & deauretur eorum Scæptrum, ut factum fuit DD. Juriſtis &c.

1566. Lit. cum Tabulis Profeſſorum pro publicatione, & affixione, ac renovatione Ordinum, & præcipue ne Lectores recedant, nec ſe abſentent inconſulto Senatu ſub pœna &c. 5. Januarii.

Pro habenda informat. proventuum Bidellorum, ut cognoſcatur

tur an eis augendum ſit Stipendium, nec ne. Dicta die.

Pro Lectoribus Philoſ., ne ei detrahatur de ſuis ſolitis honorariis Promotionum. 15. utſupra.

Lit. Egr. a Secret. Senat. R. D. Studii Vice-Cancell. pro apponenda in Rotulo parcella D. Franciſci Bozuli per errorem omiſſi. Dicta die.

Dimiſſio Lecturæ Philoſ. D. Senagi, & elect. D. Beccariæ. 11. Februarii.

Quod ſtatim poſt ſonum Campanæ Lectores Scholas ingrediantur. 12. Martii.

De compeſcendis inſolentiis Scholarium, & de promulgando contra ipſos Proclamate. 20. dicti.

Electio Conſiliarii Nationis Januenſis. 27. Junii.

De tranſmittendis ad Senatum Statut. Univerſit. 9. Julii.

Tranſmiſſio ad Senat. Voluminis Statutorum Univerſit. Artiſtarum, & de electione Rect. Juriſtarum. 13. dicti.

Lit. cum Tabulis pro earum affixione, & publicatione, ut obſerventur Ordines, & quod Scholaris Capellus faciat Orationem aperitionis Studii. 19. Octobris.

De convertendis pecuniis Rectoratus in cauſam Sedilium reficiendorum. 22. dicti.

Ne Scholares exigant ab Hebreis honorarium Caponum. 5. Novembris.

De non extorquendis per Scholares pecuniis honorarii Caponum ab Hebreis &c., nec de capiendis Pignoribus. Et preces Hebreorum ſuper præmiſſis. 19. dicti.

Pro habendis informationibus Collegii Ultramontanorum per qu. Catonem Sachum Inſtituti, & de indicandis Hæredibus, & Poſſeſſoribus, & quod perquirantur Scripturæ ad ipſum ſpectantes. 15. Decembris.

Lit. Civit. Excellentiſſimo Senatui pro obtinenda Lectura Medicinæ favore D. Andreæ de Marachiis Pontremulenſis. 19. dicti.

De promovendo R. P. Carmelita ad Lect. Sacræ Script., & de reſtituendis Pignoribus Hebreis ſubtractis, & de inquirendis Scholaribus, qui Bancas Univerſitis fregerunt &c. Dicta die.

De non exigendo ab Hebreis honorario Caponum, & de reſtituendis pignoribus eiſdem hac de cauſa per Scholares captis. 20. utſupra.

1567. Lit. cum Tabul. Stipendiorum, & quod Lectores incumbant, nec eis abeſſe liceat ſine licentia. 9. Januarii.

Aliæ pariter cum Tabul. pro earum publicatione, & ut obſerventur ordines &c., & ne Lectores recedant inconſulto Senatu, vel cum licentia Excel. Stat. Moderatoris &c. Dicta die.

De ſtatuenda diverſitate horarum inter Profitentes Theologiam, & Sacram Scripturam. Dicta die.

Literæ Civit. S. R. C. M., ut impoſte-

poſterum eligat alterum ex DD. Senatoribus in Prætorem ejuſdem Civit. Papiæ pro augmento, & decore Univerſitatis. 29. Aprilis.

Atteſtationes DD. Albutii, & Caciæ Medicorum de infirmitate, & receſſu intempeſtivo ab hac Civit. D. Equitis Philippi Lampugnani Legum Scholaris. 9. Maii.

De ponenda ſorte ſuper concurrentia DD. Conſiliariorum Nationum circa præcedentiam in argumentationibus. 15. dicti.

De promotione Dialectici ad Logicam vacantem, excluſis extraordinariis. 25. Junii.

Denunciatio dictarum Literarum.

Supplicatio Dialecticorum ſuper eodem.

Decretum Senatus contra Immunes, ſuſpenſivum tamen reſpectu ad Lectores. 8. Julii.

De non faciendis novationibus inter Profeſſores Dialecticos, & Medicos. 19. dicti.

Literæ cum Tabulis Profitentium pro earum publicatione, & affixione. 9. Octobris.

Monita Lectoribus notificanda pro melioratione Studii. 3. Novembris.

Licentia habeundi conceſſa R. Fratri Roſſano per annum ſubſtituto Fratre Thimoteo Genuenſi &c. 14. dicti.

1568. Literæ cum Tabulis pro publicatione, & affixione, ac pro obſervantia Ordinum præcipue de non recedendo, & quod Bidelli abſentes adnotent &c. 7. Januarii.

Pro eligendo Conſiliario Nationis Hiſpanicæ, & preces ejuſdem Nationis ſuper eodem. 24. dicti.

Atteſtatio pro Magnifico D. Hieronymo de Torniellis, de fide ejus ſubſcriptionis, & allegationibus Juris. 9. Martii.

De eligendo Priore Ultramontanorum, & de indicanda die ejus electionis, ac de aliis in prædictis ſervandis &c. 2. Aprilis.

De imputata inurbanitate per Lectorem facta Egreg. Artiſtarum Rectori, & de habendis informationibus pro opportuna reparatione &c. 7. Julii.

Productio, & præſentatio Literarum pro ſumendis dictis informationibus. 9. dicti.

Literæ cum Tabulis pro publicatione, & affixione, & Ordinum obſervantia, & quod D. Fabritius Mediabarba Scholaris expleat Orationem Studii. 15. Octobris.

Ut deleantur in Tabulis verba favore D. Tornielli per errorem appoſita. 22. dicti.

Subrogatio ad Lecturam Artis Oratoriæ Grecæ D. Jacobi Didimi loco D. Aloyſii Bardoni ad Romanam Curiam profecturi. 29. utſupra.

De ſervando loco ſolito in concertationibus inter Guallam, & Gallinam.

Quod in diebus Lectionum non ineantur Orationes.

Quod pulſata Campana ſtatim Lectores ingrediantur, & de reſtituendis Rectori pecuniis congeſtis tempore interſtitio ejus electionis. 30. utſupra.

Ut Lectores poſt expletas Lectiones immediate ad congreſſus, ac cedant. 5. Novembris.

Quod Profeſſor Rethoricæ legat in loco, & tempore juxta ſolitum. 8. dicti.

Quod Inſtitutarii moniti a Bidellis Scholas ingrediantur etiam deficientibus Auditoribus. 23. utſupra.

Capitula, & Conventiones inter Univerſitatem, & RR. PP. Carmelitarum pro interinali uſu Campanæ ejuſdem Conventus pro ſigno Scholarum attenta fractura ſolitæ Campanæ Campanilis Majoris.

Ut apponatur in Rotulo D. Antonius de Otonibus per errorem omiſſus, & quod Lector. Rethoricæ, ſive Humanitatis legat in Scholis Juriſtarum.

1569. Subrogatio R. Fratris Farinii ad Lect. Sacr. Script. loco Fratris Thimotei. 4. Januarii.

Electio D. Cigalini ad Lectur. Theor. Ordin. matut. in paritate cum Imberto ad ſortem pro initio paritatis. 14. dicti.

De electione D. Cigalini cum paritate utſupra, & de ſtipendio aucto D. Mariano ad Lectur. Loycæ conducto. Dicta die.

Licentia abeundi D. Palanterio pro Quadrageſima cum facultate ſubſtituendi. Dicta die.

Promotiones DD. Mangani, & Mariani ad Cathedram Jur. Civil. 28. utſupra.

Promotio D. Philippi Albergati ad ſecundam Medicinæ Extraordinariam. 26. Februarii.

Recuſatio D. Thomæ Mariani Lectur. Jur. Civil. Extraordin., & electio novi Lectoris ad eandem. Dicta die.

Confirmatio D. Gattinariæ in Rectorem Artiſtarum. Maii.

Ut ſumantur informationes ſuper impugnata per Conſiliarios electione Rectoris Artiſtarum dicti D. Gattinariæ. 3. Junii.

Preces Conſiliariorum ſuper eodem.

Ut D. Hieronymus Gattinaria perſeveret in munere Rectoratus non obſtante contradictione Scholarium. 8. Julii.

De non ampliandis Autumnalibus Vacationibus, ſed de ſervando ſolito. Dicta die.

Literæ Commiſſarii Generalis Munitionum Status pro informationibus circa refectionem Campanæ Studii Univerſitatis fractæ &c. 14. dicti.

Literæ cum Tabulis pro publicatione, & affixione, ut adimpleantur adimplenda &c. 12. Octobris.

Quod D. Jo. Baptiſta Torniellus Legum Scholaris habeat Orationem aperitionis Studii. 19. dicti.

Reſtitutio Fr. Thimotei Genuenſ. ad Lect. Sacr. Script. 26. utſupra.

Quod D. Marianus profiteatur Logicam diebus ordinariis, & Mathematicam extraordinariis. 3. Novembris.

Electio D. Stephani Vulpi-Landi ad quartam Inſtitutionum. 8. dicti.

De Honorario Caponum per Rev. Vice-Cancell. Studii exigendo, & Scholaribus diſtribuendo juxta ſolitum. 15. utſupra.

1570. Literæ cum Rotulo pro earum publicatione. 4. Januarii, & 14. Octobris.

Literæ cum Tabulis Lectorum pro publicatione, & affixione, ut adimplenda adimpleantur, & de pœna Lectoribus inconſulto recedentibus &c. 9. Januarii.

Electio Jo. Baptiſtæ Bernerii in Bidel. Juriſtarum. 26. Aprilis.

Quod D. Saraveza Mathematicæ Profeſſor poſſit abeſſe per dies ſexdecim ſub onere reficiendi Lectiones omiſſas. 5. Maii.

De confirmando Rectore per dies quindecim, & de notificando ſi quis promoveri petat ad dictum munus. 11. dicti.

Aſſecuratio manutentionis Privilegiorum Rectoribus Studii excepta pœna ſanguinis. 12. Julii.

Lit. Magiſtrales Referendario Papiæ pro apponenda nova Campana Studii ſupra Turrim magnam, ad ſolitum locum, cum circumſtantiis ejus proprietatis, & uſus. 8. Septembris.

Ut D. Graſſus faciat Orationem aperitionis Studii. 5. Octobris.

Pro reformandis, & corrigendis erroribus in Rotulo. 21. dicti.

Promotio D. Jacobi Berettæ ad Cathedram vacantem per mortem Egr. Tornielli. 26. utſupra.

Quod Scholæ D. Jacobi Berettæ dentur D. de Viceçomitibus. 31. utſupra.

Ut DD. Lucas, & Brandanus ad eorum Lectiones accedant abſque mora. 27. Novembris.

1571. Lit. cum Tabulis, & taxatione ſtipendii, pro publicatione, & affixione, ut obſerventur Ordines, & de non recedendo utſupra &c. 5. Januarii.

Licentia recedendi per binas Lectiones D. Cigalino Medico, ut accedat ad curam D. Marchioniſſæ Melegnani. 27. Martii.

Literæ cum Tabulis nominatorum Lectorum ad Cathedras unicuique aſſignatas &c. 12. Octobris.

Pro informationibus idoneitatis D. Franciſci Sannazarii petentis ad Cathed. Inſtitut. 26. dicti.

Electio D. Sannazarii ad quartam Inſtitut. ob mortem D. Zuffii abſque ſtipendio, & immunitate &c. 10. Novembris.

1572. Literæ cum Tabulis pro publicatione, & affixione, ut obſerventur ordines &c. 5. Januarii.

Electio Egr. D. Bologneti ad primam Jur. Civil. Veſpert. cum ſalario. 14. Julii.

Pro expenſis concernentibus ad Campanam Studii. 20. dicti.

Literæ cum Tabulis Profeſſorum aſſignata unicuique Lectura. 15. Octobris.

Quod Profeſſor Artis Oratoriæ Orationem habeat in aperitione Studii. 16. dicti.

Licentia abeundi D. Baſſio pro tempore Quadrageſimæ cum facultate ſubſtituendi. 30. utſupra.

Pro habendis informationibus diſſidii

ſidii inter Gerardum, & Roveſcalam cauſa Academicæ Concertationis. 15. Decembris.

De certiorando D. Gratiano &c. D. Bolognetum non teneri ſecum concurrere &c. 17. dicti.

De inquirendo Scholari, qui Orationem aperitionis Studii explere poſſit.

1573. De habenda ratione pecuniarum Rectori ſpectantium, & coarcevatarum tempore vacationis Rectoratus. 12. Januarii.

Literæ cum Tabulis pro affixione, & publicatione, ut obſerventur Ordines &c. Dicta die.

Pro habenda a Bidellis ratione pecuniarum nomine Rectoris exactarum tempore, quo dilata fuit electio. Die utſupra.

Relatio ſedatæ contentionis inter Roveſcalam, & Gerardum. 10. Martii.

Reſponſio Rev. Vice-Cancell. circa pecunias Rectoribus debitas in Laureis &c. Dicta die.

Quod D. Prior Ultramontanorum ſemper habeat primum locum poſt Rectores Studii. 9. Aprilis.

Preces Prioris Ultramontanorum pro præcedentia utſupra.

Præſentatio ſupraſcripti Decreti apud acta Curiæ Epiſcopalis. 14. dicti.

De receſſu Rev. Baſſii a Lectura Theologiæ, & electio Ven. Pallanterii ad eandem. 25. Maii.

Productio Jurium Ven. Collegii Caſtillionæi Papiæ coram Judice Prætorio ejuſdem Civitatis ne ulterius procedat contra ſubjectos dicti Collegii pro competentia juriſdictionis ex privilegiis. 6. Junii.

Votum Fiſci ſuper prædictis.

Recurſus, ſive inſtantia D. Rectoris ejuſdem Collegii facta Conſilio Civitatis ne ulterius procedat pro condemnatione in dicta cauſa &c.

Literæ cum Tabulis pro publicatione, & affixione, ac obſervantia Ordinum. 9. Octobris.

De continuanda hora Legendi per Profeſſorem Chirurgiæ etiam non obſtante mutatione horarii. 13. utſupra.

Pro habendis informationibus horæ, qua Chirurgi legere ſoliti ſunt. 22. dicti.

Quod ſecundus Almanſoris legat etiam in Schola ſecunda. 10. Novembris.

De loco agendarum Concertationum Academicarum, ut ſervetur, quod ſervabatur tempore ſuperviventiæ Magnifici Alciati. Dicta die.

De loco agendarum diſputationum, ut ſit omnibus inferior. 14. utſupra.

Pro habendis informationibus Scholarum, in quibus Legunt Almanſoriſtæ, & de electione D. Carcani ad Anatomiam. 17. dicti.

Electio D. Jo. Petri Doſſii ad quartum locum Inſtitut.

Super electione Prioris Coll. Medicorum, an ſit facienda de Senioribus, vel per Turnum inter numerarios comprehenſis Junioribus.

1574. Literæ cum Tabulis Lectorum pro affixione, & publicatione, ac obſervantia Decretorum, & Ordinum &c. 12. Januarii.

Licentia abeundi ad Comitia Provincialia conceſſa R. Roſſano ſub obligatione reficiendarum Lectionum. 22. Aprilis.

Electio Chriſtophori Doſſenæ ad officium Bidellatus, reſervata declaratione ſuper præcedentia inter eum, & Garaldum anteceſſorem electum. Dicta die.

Quod D. Beretta non congrediatur cum D. Roveſcala. 15. Septembris.

Literæ cum Tabulis Lectorum pro publicatione, & affixione, ac Ordinum obſervantia &c., & quod Zaffirus Scholaris Orationem aperitionis Studii expleat &c. 9. Octobris.

Electio Rev. Ludovici Seroni ad Lectur. Theolog. Scholaſticæ loco Rev. Hieronymi Pallanterii. 13. dicti.

Literæ cum Tabulis pro aſſignatione Cathedræ unicuique Profeſſori. 17. utſupra.

Electio D. Jo. Petri Contenii ad tertiam Inſtitut. 29. utſupra.

1575. De relaxanda D. Caſſono portione ſibi debita per Coll. Medic. cauſa promotionis. 12. Martii.

Literæ D. Senatoris Raynoldi de Tabulis Lectorum tranſmiſſis etiam Egr. D. Prætori, quod ſit citra præjudicium jurium Rev. Cancellario Studii competentium. 27. Octobris.

Quod tranſmiſſio Tabularum per Excelſum Senatum facta etiam Egr. D. Prætori Civitatis &c. non imminuat fiduciam ejuſdem Excelſi Ordinis erga Rev. Cancell., & de conſervatione ejus Privilegiorum &c. 2. Novembris.

De evitanda controverſia præcedentiæ inter Gratianum, & Berettam, attenta potioritate Gratiani &c. 10. dicti.

Ut novi Lectores antequam ad Lecturas accedant legendi licentiam a Rev. D. Vice-Cancell. impetrare habeant illam petentibus conceſſuro. 11. utſupra.

De nihil innovando circa ſolitum petendæ per Lectores licentiæ legendi a D. Vice-Cancell. &c., qui illam non deneget reformata proteſtatione tuitionis ejus jurium ne amplius conquærendi ſit locus &c. 21. utſupra.

Quod Honorarium Caponum per Lectores Scholaribus ſolvi ſolitum non initio, ſed in fine anni ſolvatur &c. 22. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancellarii Studii de participatis juſſionibus ſervandis in Concertationibus Scholaſticis inter Lectores. Dicta die.

1576. Tabulæ Lectorum, & Stipendiorum aſſignatorum DD. Profitentibus in Studio Papiæ. 12. Januarii.

De præcedentia horæ inter Lect. Pheudorum, & de Actionibus. 30. Aprilis.

De remittendis ad Egr. Secret. Senatus pecuniis pertinentibus ad Recto-

Rectores per Bidellos exactis.

Recurſus D. Phyſici Antonii Allamani porrect. Civit. ut eid. concedatur immunitas Lectoribus debita.

Fides poſſeſſionis, & gaudimenti hujuſmodi immunitatis.

Recurſus D. Jo: Baptiſtæ Tornielli pro habenda a Civit. Papiæ atteſtatione hujuſmodi immunitatis Lectoribus competentis, & ab eis gaviſæ.

1577. Ut ſuperſedeatur ab exactione honorarii Caponum quod ſolvebatur in manibus Prioris Ultramontanorum 15. Januarii.

Recurſus D. Phyſici Marachi porrect. Conſilio Generali Civitatis pro obtinenda abſolutione a condemnatione Criminali &c. cum voto ejus favore etiam ex prærogativa Lecturæ. 9. Maii.

Tabula ſtipendiorum aſſignatorum DD. Profitentibus in Studio Papiæ.

1578. Electio R. Fratris Cigalini ad ſecundam Theologiæ. 20. Februarii.

Electio D. Portalupi ad Cathedram Pract. Criminalis 27. dicti.

Literæ cum Tabulis Stipendiorum Lectoribus aſſignatorum pro earum affixione, & publicatione &c. 10. Aprilis.

De controverſia precedentiæ legendi inter Doſſium, & Folpertum quod D. Folpertus præferatur &c. 13. dicti.

Preces D. Doſſii, & reſponſio D. Folperti.

Quod Bidelli remittant ad Egr. a Secretis Senatus pecunias exact. pro Rectoribus in Laureis 12. Maii.

Pro habendis informationibus differentiæ inter Doſſium, & Folpertum legentes diebus feriatis. 28. dicti.

Relatio denunciatarum Literarum in cauſa præcedentiæ inter DD. Folpertum, & Doſſium. 11. Junii.

Perſiſtendum in præcedentia favore dicti D. Folperti in concurſu cum dicto D. Doſſio 16. dicti.

Quod Lectores ſtatuto tempore omnino legant etiam non obſtantibus ſtrepitibus, & contradictionibus Scolarium 18. Julii.

Atteſtatio DD. Deputatorum Civit. Papiæ pro immunitate DD. Lectoribus competente, & ſemper admiſſa 9. Octobris.

Pro habendis informationibus Honorarii Caponum quodnam exigatur per Scholares ab Hebreis, & Lectoribus &c., & quod interim ſuperſedeatur ab exactione. 18. Novembris.

Diſpenſatio a ſcolaſticis concertationibus D. Gratiani attenta ejus adverſa valetudine &c. primo Decembris.

Relatio R. D. V. Cancell. ſuper controverſiis Honorarii Caponum quod Scolaribus ſolvebatur per DD. Lectores, & Hebreos 4. dicti.

Notula de qua in dictis Literis de eo, quod quiſque ſolvit pro honorario Caponum dicta die.

Pro habendis informationibus de exceſſibus Scolarium 5. utſupra ſuper eodem D. Senatori Papiæ dicta die.

1579.

1579. Literæ cum Tabulis, & aſſignatione Salarii unicuique ex Lectoribus 16. Januarii.

proclama prohibitivum Scholaribus defferre arma ; & alia pro conſervatione, & augmento Studii ubi de ejus antiquitate, & celebritate in proemio 25. Februarii.

Literæ Civitatis D. D. Lonato, Antonio Londonio, & Alfonſo Guevarra ad reffellendas imputationes per Scholares contra Civitatem expoſitas 20. Martii.

Pro cognitione cauſæ Fabritii Beretæ effecti Clerici adverſus Coll. Medic. ad Senat. ſpectantis. 30. dicti.

Literæ Senatus D. Prætori pro corripiendis, & comprimendis inſolentiis Scolarium 30., & 31. ut ſupra.

Pro præcedentia Bidelli Doſſenæ cum Meregino noviter elect. 17. Septembris.

Preces dicti Doſſenæ ſuper prædicta præcedentia.

Atteſtatio de virtute, & moribus D. Marci Antonii ex Comitibus Roveſcalæ. 13. Octobris.

De tollendo Scholaribus Honorario Caponum &c.

Lit. cum Tabulis pro aſſignatione Cathedræ unicuique Profeſſori. 17. dicti.

Pro deliberatione mutationis horæ Lectoribus Inſtitut. 9. Novembris.

De ponenda ſorte præcedentiæ pro Concertationibus Academicis inter Rovidium, & Ghiſlerium. 13. dicti.

Compoſitio per ſortem facienda præcedentiæ inter Lectores Philoſophiæ. 16. utſupra.

1580. Preces R. Fratris Roſſani pro habenda facultate recedendi a Civit. dumodo legat per ſubſtitutum idoneum. 25. Januarii.

De conceſſa eidem F. Roſſano facultate prædicta. 15. Februarii.

De non intermittendis Lectionibus etiam non obſtantibus ſtrepitibus Scholarium in Scholis male verſantium ob carcerationem duorum ex eis cauſa delationis armorum &c. 9. Maii.

Lit. cum Tabulis pro publicatione profitere debentium. 31. Auguſti.

De variis promotionibus inter Juriſtas ut quiſque aſcendat ad aſſignatam Lecturam 15. Septemb.

Quod D. Farneſius Oratoriæ profeſſor Orationem aperitionis Studii expleat. 15. dicti.

Lit. cum Tabul. Stipendior. unicuiq. aſſignatorum 17. Octobris.

Electio D. Philippi ad tertiam Philoſophiæ abſq. Salario, nec immunitate dicta die.

Quod. quiſq. Lector in concertationibus proponere reſpective, & reſpondere teneatur, non obſtante quocumque Decreto in contrarium edito. 21. Novembris.

Reſcriptum Senatus ſuper petitis per V. Cancell. Stud. 22. dicti.

De non privandis Januenſibus a prærogativa creandi ſibi Conſiliarium. 9. Decembris.

Quod D. Gualla in Concertationibus non ſolum concurrat, ſed & argumenta proponat, & quod

ejus

ejus notificetur dictum Decretum. 28. dicti.

Relatio R. V. Cancell. de Collegiis Scholarium Papiæ Inſtitutorum, & de eorum Conditoribus.

De perquirendo Inſtrumento concernente ad Columnas Univerſitati ſpectantes.

Nominatio eorum, qui hoc anno Lauream ſuſceperunt in utraque facultate Juris, & Medicinæ.

1581. Ut Scholares Gymnaſii Papienſis eligant ſuos Rectores. 27. Januarii.

De creandis omnino Rectoribus Studii, quibus omnia Privilegia ſolita concedantur. 28. dicti.

Lit. cum Tabulis deſignati uniuſcujuſque Salarii. 30. utſupra.

Quod ſuperſedeatur a publicis Concluſionibus per D. Bonellum Scholarem propoſitis. 13. Martii.

Quod ponantur ſortes inter Conſiliarios Nationum pro præcedentia in argumentationibus ad dirimendas controverſias. Dicta die.

De reaſſumendis omnino Lectionibus poſt Ferias Paſchatis non obſtante quocumque prætextu. 3 Aprilis.

Quod Lectores perſeverent in Studio, & quod Scholaris Ghislerius Publicas Theſes defendat prævifis etiam diſſidiis, ſi quæ &c. 10. dicti.

Caſſatio D. Franciſci Colpani a Lectura Inſtitut., & electio D. Jo: Dominici Olevani. 18. utſupra.

De præcedentia Cathedræ Inſtitut. inter DD. Coſtam, & Olevanum, ut D. Coſta præcedat. 28. utſupra.

Lit. Senatus pro habenda Notula eorum, qui hoc anno Lauream conſecuti ſunt. 14. Auguſti.

Relatio R. Vice-Cancell. cum notula eorum, qui ad Lauream hoc anno fuerunt promoti &c. 19. dicti.

Relatio publicationis, & affixionis Tabularum. 3. Novembris.

De Scholaſticis Concertationibus inter Lectores omnino faciendis exempto D. Gratiano ob adverſam valetudinem. Dicta die.

Promotio D. Brandani ad Cathedram Chirurgiæ ob mortem D. Troni. 9. dicti.

Lit. Senatus Rev. V. Cancell Studii pro habendis informationibus de numero Scholarium, ſedulitate Lectorum, & ſtatu Studii &c. 17. ut ſupra.

De variis promotionibus inter Artiſtas pro Metaphiſica, & Chirurgia 21. ut ſupra.

Relatio ſtatus Studii, & numeroſitatis Scolarium, & muneris Lectorum &c. 24. ut ſupra.

Lit. pro habendis ſupra dictis informationibus, & de aliis circa Studium &c. 11. Decembris.

Edictum R. D. V. Cancell. ut Lectores muneri ſuo ſatisfaciant. 12. dicti.

Promotio D. Cæſaris Mugni ad ſecundam Theoricæ. 19. utſupra.

Preces Conſiliar. Nationum Studii Excell. Mediol. Senatui porrectis pro manutentione Privilegio-

giorum Rectoribus Studii ab antiquo competentium.

1582. Atteſtatio R. V. Cancell. recuſatæ per D. Olevanum Lect. Inſtitut. 25. Januarii.

Pro habendis informationibus ſuper jure præcedentiæ inter Conſiliarios Nationum, ut eis provideatur 8. Februarii.

Lit. cum Tabul. pro earum publicatione, & affixione, & Ordinum obſervantia, atque de promotione facta inter Medicos. Dicta die.

Promotio D. Pantiæ ad quartam Inſtitut. attenta renunciatione D. Olevani. Die utſupra.

Quod Bidellus Garaldus rationem reddat de pecuniis per eum exactis ſpectantibus ad Rectorem in Doctoratibus &c., & de earum reſtitutione. 17. utſupra.

De corrigendo nomine D. Lazari Chirurgiæ Profeſſoris. 28. Martii.

Edictum R. D. Vice-Cancell. pro aperitione Studii, & ut Lectores muneri incumbant. 22. Octobris.

Lit. cum Tabul. ſtipendiorum aſſignatorum DD. Profitentibus in Studio Papiæ. 30. dicti.

Super diſcordia inter Januenſes, & Pedemontanos circa electionem Conſiliarii. Dicta die.

De concordia inter Genuenſes, & Monferratenſes ſuper creatione Conſiliarii. 15. Decembris.

1583. Lit. cum Tabul. aſſignatorum ſtipendiorum. 12. Januarii.

Pro Scholaribus Lacualibus, ut maneant ſub eorum reſpect. Conſiliariis. 21. dicti.

Super concernentiis Scholarium Lacualium, & contra Spupilationes. 17. Februarii.

Pro abſentia D. Sannazarii, & de ſubrogatione D. Gambaranæ. 27. Maii.

Terminus ſtatut. D. Sannazario ut redeat ad Lecturam ſuam, indicta privatione ubi non accedat. 13. Octobris.

Lit. cum Rotulo, & Ordine pro abſentia D. Sannazarii. 14. dicti.

De ponendis ad ſortem Scholis, in quibus legere habeant DD. Concorigius, & Papazonus ad tolendam præcedentiæ quæſtionem &c. 27. Octobris.

Promotio inter Legentes Inſtitut. uſque ad redditum D. Sannazarii ejuſdem facultatis Lectoris Primi. 29. dicti.

Inſtantia Aldi Manutii Impreſſoris Veneti pro habendis variis relationibus, & cognitionibus ad Studium Papiæ pertinentibus cum effectu earundem tranſmiſſionis.

1584. Electio ad Lect. ſimplicium D. Federici Ghislerii. 30. Aprilis.

Electio ad Lect. Logicæ D. Jacobi Antonii Frigii cum Salario. 31. Octobris.

1585. Tabulæ ſtipendiorum aſſignatorum DD. Profeſſoribus in Studio Papiæ. 24. Januarii.

Super controverſia inter Collegium Jur. Conſultorum, & D. Ottonum publicum Profeſſorem &c. pro concordia. 23. Martii.

Super electione Conſiliarii Nationis Alexandrinæ. 9. Aprilis.

Lit. Regiæ de promulgandis Ordinibus pro continentia Scholarium

ne

ne arma defferant. 10. Julii.
Exemplum Literarum R. C. M. Excelſo Senatui tranſmiſſarum pro habend. informat. ſuper exceſſibus Scholarium. 30. Auguſti.
Deputationes Civitatis ſuper emergentiis providentiæ dandæ pro exceſſibus Scholarium.
Inſtructio per Conſilium Civitatis data ſuis Delegatis de exponendis Principi ſuper continentia Scholarium, & exceſſibus ab eis commiſſis.
Pro habendis informationibus ſubſtitutorum Senatui propoſitorum per R. Fratrem Geneſium Theol. Lectorem. 25. Octobris.
De confirmatione Lectorum antecedentis anni, & de Campana Studii. 5. Novembris.
Lit. Senatus ſuper omnimoda creatione Rectoris.
De propoſitis differentiis ortis inter duo Collegia. 29. dicti.
De controverſia Conſiliariatus inter Cantonum, & Villavechiam. 4. Decembris.
Preces Nationalium Alexandriæ ut removeatur Cantonus.
1586. Lit. cum Tabul., & aſſignatione ſtipendiorum. 8. Januarii.
De præcedentia inter Coſtantinum Lucam, & Imbertum, ut Luca præcedat &c. 9. dicti.
Ut D. Imbertus acquieſcat Sententiæ Senatus ſuper præcedentia prædicta, & quod conveniat cum aliis ad examen Laureandorum. 5. Februarii.
Super imputatione controverſiarum inter DD. Rovidium, & Caſſonum, & expurgatio dicti Rovidii. 4. dicti.
Quod dictus D. Rovidius reſarciat detractiones prolatas contra dict. Caſſonum, & de eo bene loquatur, ne ſit amplius locus conquerendi. Dicta die.
De inquirendis, & inveniendis Statutis Univerſit., ſin minus de novis condendis ad conſervationem, & quietem Studii. 15. ut ſupra.
Exemplum Literarum Excelſi Moderatoris Stat. D. Papiæ Prætori pro publicat. novi proclamatis ſuper continentia Scholarium. 21. ut ſupra.
Capitula pro Rect. Studii eligendo, & de proponendo idoneo ut Senatus provideat. 26. ut ſupra.
Super ſinceratione imputatæ diſſenſionis inter DD. Rovidium, & Caſſonum ut ſupra, & de benemerentia Senat. erga D. Rovidium. 6. Martii.
Pro habendis informationibus ſuper quampluribus D. Pantiæ imputatis. 28. dicti.
Reſponſio ſuper eodem. 9. Aprilis.
Electio D. Petri Franciſci Ricii Monferatenſ. in Rectorem Artiſtarum. 2. Maii.
De inquirendis in Archivio Epiſcopali Statutis Univerſitatis, & de illis Excelſo Senatui tranſmittendis. 4. Junii.
De habendis informationibus ſuper impictis D. Pantiæ. 9. dicti.
De cohercendis tranſgreſſionibus Scholarium, & de ſatisfaciendo Fabro Lignario pro laborerio facto circa Scholas. 21. ut ſupra.
Interinatio Senatus Privilegii favore

re Rectoris Studii Papiæ. 9. Julii.

Decretum Excellentiſs. Status Moderatoris pro executione Regii Decreti favore Lectoris Dini. 16. utſupra.

Ut Prior Juriſtarum diſtribuat pecunias Doctoratus D. Alberti Aſſidoni penes eum exiſtent pro ejus Laurea non obſtante ſequeſtro ad inſtantiam Fiſci &c. 19. Julii.

Preces D. Phyſici Papazoni pro ejus immunitate, & exemptione pro Lectura. 18. Septembris.

Lit. cum Tabulis Profeſſorum pro earum publicatione &c. 21. Octobris.

De variis Senatus proviſionibus circa Univerſitatem pro refectionem Portarum, & Sedilium, & de interinali providentia Campanæ. Quod inter Bidellos ſervetur ſolitum, & de habendis informationibus D. Anibaldi petentis ad quartam Inſtitut. 30. dicti.

Edictum D. Prætoris Papiæ pro continentia Scholarium. 31. utſupra.

De Campana Studii juxta ſolitum non pulſata. 13. Novembris.

Inſtantia ſupraſcripti Phyſici Papazoni pro prædicta immunitate &c. cum voto &c. 21. dicti.

Aliud Proclama D. Prætoris pro habenda denunciatione Exterorum Pap. commorantium, & ut Scholares incedant Togati. 27. ut ſupra.

Proclama Excelſi Status Moderatoris in favorem juriſdictionis, & privilegiorum Rectoris Studii Papiæ. 6. Decembris.

Decretum Sereniſ. Regis Philippi II. Hiſpaniarum pro immunitate Lectorum, Scholarium, Aſſiſtentium, & Inſervientium Univerſitati Papiæ, in quibuſvis cauſis, ac in omnibus Cancellariis tam Secretæ, quam Senatus, Magiſtratus, & aliorum quorumcumq. Officiorum cum Decreto Excelſ. Status Moderatoris pro executione, & cum relatione præſentationis, & dimiſſionis ejuſdem Decreti reſpectivis Officialibus, quibus &c. ad annum 1611. & 1612.

Preces Bidelli Mereghini ſuper præcedentia cum Doſſena Patri ſubſtituto.

1587. Electio D. Franciſci Perez de Guevara in Priorem Ultramontanorum cum declaratione alternativæ. 21. Januarii.

Alia electio Superioris Ultramontanorum de Schietenæ Flandriæ. Dicta die.

Literæ cum Tabulis ſtipendiorum reformatorum. 6. Februarii.

Ut viſitentur Scholæ pro earum reparationibus, & quod ad meliorem formam reducantur &c. 13. Aprilis.

Quod obſervetur ordo alias factus in electione Conſiliarii Alexandrini inter Cives, & Comitatenſes. 22. Maii.

Preces Nationalium Civitatis Alexandriæ contra Comitatenſes. Dicta die.

De contentione inter Cives, & Comitatenſes Alexandriæ ſuper crea-

creatione Conſiliarii, ut Cives manuteneantur in poſſeſſione; cum precibus Civium &c. 3. Junii.

Ut Lectores perſeverent in ſtudio ad tempus conſuetum. 3. Julii.

Aliæ Literæ nominatorum Lectorum, cum deſignatione Cathedræ. 7. Octobris.

Aliæ iterum Literæ cum Rotulo ſtipendiorum pro publicatione. 3. Novembris.

1588. Quod D. Lazarus Chirug. Profeſſ. ſuppleat vices D. Carchani pro perficienda Anatomia. 6. Februarii.

Commiſſio D. Lazaro, ut exequatur ſuperius decreta.

Proclama ſuper prohibitione Armorum facta Scholaribus, & ut incedant cum veſtibus talaribus &c. 26. dicti.

Literæ cum Tabulis pro earum publicatione, & affixione. 4. Novembris.

Electio D. Stephani Ferrarii ad Lectur. Simplicium. 5. dicti.

Promotio D. Stephani Coſtei ad Cathed. Logicæ. 26. utſupra.

De cohercenda incuria, & negligentia Cuſtodis Campanæ in ea pulſanda tempore Studii. 30. utſupra.

Ut dictus Cuſtos Campanæ Studii munus adimpleat pulſando debitis tempore, & horis. 17. Decembris.

Pro Rectore eligendo, & de ejus juriſdictione.

Tabulæ ſtipendiorum DD. Profitentibus Papiæ Legiſtis, & Artiſtis aſſignatorum.

1589. Electio D. Orlandi ad ſecundam Theoricæ Extraordinariæ cum immunitate. Primo Februarii.

Pro Campana Studii noviter reficienda. 4. Junii.

Parcella, ſive notula expenſarum factarum in conſtructione novæ Campanæ Studii. 4. Julii.

Literæ Civitatis D. Oratori ſuper concernentiis ad expenſas dictæ Campanæ. 3. Auguſti.

Literæ Magiſtrales cum Mandato pro ſolutione partis dictarum expenſarum cum Regia Camera concordatarum. 25. dicti.

Pro ſolutione dictarum expenſarum. Die utſupra.

Literæ cum Tabulis Profitentium, & ſtipendiorum Univerſitatis Papiæ. 26. Octobris.

Nova diſtributio Horarum pulſandæ Campanæ, & quod ſtatim dato ſigno Lectores ingrediantur. 9. Novembris.

Alia notula earundem expenſarum utſupra &c. 25. dicti.

1590. In cauſa præcedentiæ inter DD. Lucam, & Imbertum. 14. Februarii.

Pro aſſumendis informationibus præcedentiæ prædictæ. 15. dicti.

De mutatione horæ legendi inter DD. Imbertum, & Gallinam. 17. dicti.

Literæ cum Tabulis Profitentium, & ſtipendiis unicuiq. deſignatis. 17. Octobris.

1591. Electio D. Joannis Stephani Anibaldi ad quintam Inſtitut. cum immunitate. 14. Februarii.

Ordi-

Ordinatio, & declaratio circa ingreſſum in Ven. Collegium DD. Juriſtarum Studii Papiæ pro alienigenis. Additio ad Statutum ejuſdem Univerſitatis. 15. Martii.

Quod Profeſſores corrigant nimiam tarditatem in legendo, & ſe abſtineant in cumulatione auctoritatum recentiorum &c. 9. Maii.

Promotiones variæ inter Juriſtas. Dicta die.

Renovatio Decreti de cohercenda tarditate in legendo, & de non cumulandis novis Auctoribus. Dicta die.

Super promotione petita per Raudenſem contra Doſſium. 18. utſupra.

Decretum Senatus per Lectores obſervandum, & quod publicetur. 24. utſupra.

Exemplum dicti Decreti &c.

Fides ſuper concernentiis Campanæ Studii. 4. Junii.

Relatio publicationis, & affixionis dicti Decreti. 5. dicti.

De Sceptro Artiſtarum exornando, & inaurando. 22. utſupra.

Literæ cum Tabulis Profitentium, & ſtipendiorum Univerſitatis Papiæ. 22. Octobris.

Decretum ne Lectores deſiſtant a Legendo ſub pœna amiſſionis ſtipendii. 6. Novembris.

Relatio publicationis ſupradicti Decreti. 8. dicti.

De inquirenda cauſa diſceſſus aliquorum Lectorum, & de adnotanda per Bidellos abſentia ſingulo trimeſtre Senatui notificanda. Dicta die.

Contra Spupilationes, quæ a Scholaribus fiunt, ut omnino ſint prohibitæ ſub pœna &c. 15. utſupra.

Quod Bidelli ſingulo trimeſtre mittant ad Senatum notulam Lectorum, qui legere intermiſerint. 22. utſupra.

Gratam habet Senatus relationem aſſiduitatis, & frequentiæ Lectorum, & de ſublato Præfationum abuſu. 28. utſupra.

Relatio in diſcordia electionis Conſiliarii inter Januenſes, & Monferratenſes. 2. Decembris.

1592. De nova promotione inter Lectores, & augmento ſalarii. 24. Februarii.

Publicatio facta per Reverendiſs. Epiſcopum Cancellarium ſupraſcriptæ promotionis.

Electio D. Jo: Baptiſtæ Paronæ ad Lecturam de Pheudis. 13. Martii.

Licentia Fratris Nicolai de Carmagnola Theologi, quod poſſit per bimeſtre abeſſe, & ſubſtituere. 13. Aprilis.

Pro habendis informationibus Doctoris Cæſaris Auguſti petentis ad Cathedram de Actionibus. 14. dicti.

Quod Doctores, & Scholares poſſint expellere Fabros Maleantes a viciniis ſuis. 18. utſupra.

Electio D. Cæſaris de Auguſtis ad ſupradictam petitam Lecturam de Actionibus cum ſalario, & immunitate. 21. utſupra.

Licentia Venerab. Fratri Henrico Silvio Lector. Philoſophiæ, ut poſſit abeſſe cum facultate ſub-

ſubſtituendi. 30. utſupra.
De conferendis præeminentiis ſui principalis ſubſtituto ad Cathedram D. Senatoris Menochii. 2. Maii.
Pro habendis ſenſibus Rev. Cancellarii Studii ſuper Decretis de novo ſaciendis. 20. Julii.
Informationes ſuper petito augmento ſalarii per Rev. Ferrarium Mathematicæ Profeſſorem. 29. dicti.
Preces ejuſdem D. Ferrarii pro habendo augmento prædicto &c.
Relatio habitarum informationum utſupra. 30. utſupra.
Tabula Profitentium &c. ſimul cum ſtipendio unicuiq. aſſignato. 25. Octobris.
Facultas ſupradicto P. Carmagnolæ ſubſtituendi pro tempore quo eſt conſtitutus in Sancto Officio Papiæ. 5. Novembris.
Decretum Excelſ. Mediol. Senat. circa obſervantiam Ordinum in creandis Doctoribus. Additio ad Statut. Univerſitatis. 9. dicti.
De habendis informationibus ſuper quampluribus per Colleg. Phyſicorum propoſitis. 9. Decembris.
Super electione Conſiliarii Nationum Pedemont., Genuenſ., & Monſerratenſ., quod ſerventur antecedentia Decreta, & qui nollit eligere adhæreat pluralitati alterius Nationis. 10. dicti.
1593. De habendis informationibus Lectorum, qui eorum Studia diſtulerunt. 2. Januarii.
Relatio Rev. Vice-Cancell. ſuper diligentia, & negligentia DD. Profitentium. 13. dicti.
Suſpenſio Ordinum cum ſupplicatione Collegii Medicorum &c. 23. utſupra.
Preces ſupradicti Collegii pro ſervando jure concurſus numerariorum tantum in Laureis conferendis.
Aliæ preces ſupradicti Collegii pro obtinenda prorogatione termini ſuper informationibus ſumendis pro concurſu Votantium, una cum Decreto conceſſæ prorogationis &c. 29. utſupra.
Literæ Senatus circa prædictum numerum Votantium in Doctoratibus Philoſophiæ, & Medicinæ. 6. Maii.
Pro Scholaribus Ultramontanis de eligendo Priore, ſeu Conſiliario ſuo. 18. Junii.
Literæ cum Tabulis Profitentium, & aſſignatione ſtipendior. Univerſitatis Papiæ. 27. Octobris.
De variis promotionibus inter Legiſtas. 4. Novembris.
Pro habendis informationibus idoneitatis DD. Auguſti, & Boneti pro Cathedris reſpective Inſtitut., & de Actionibus. 12. dicti.
Electio D. Phyſici Marotii ad ſecundam Philoſoph. extraordinariæ. 26. utſupra.
1594. Pro habendis informationibus idoneitatis, & peritiæ D. Auguſtini Bochii. 28. Aprilis.
Informationes aſſumptæ de Auguſtino Bochio petente ad Lecturam Logicæ. 2. Junii.
Mandatum pro ſolutione impenſarum factarum in deauratione, & or-

& ornatu Sceptri Rectoratus Artiſtarum Studii &c. 21. Julii.

Literæ cum Tabulis Profeſſorum Univerſitatis Papiæ cum ſalariis unicuique aſſignatis. 11. Octobris.

Ut proponantur Senatui habiliores ad Cathedram Simplicium vacantem per renunciationem D. Stephani Ferrarii. 18. Novembris.

Propoſitio D. Rugerii Spinori de Valentia petentis ad Lecturam Simplicium. Primo Decembris.

1595. Ordo, quod Doctor non poſſit detineri pro debito etiam ſuæ Univerſitatis. 5. Maii.

Ut habeantur informationes idoneitatis D. Arnandi petentis ad Lecturam primam Philoſophiæ. 3. Junii.

Pro habendis informationibus de qualitate doctrina, & moribus D. Pauli Emilii Blanci petentis ad Lecturam Philoſophiæ Extraordin. 8. Julii.

Informationes aſſumptæ de dicto Paulo Emilio Blanco.

Literæ cum Tabulis Profitentium in Studio Papiæ, & aſſignatione ſtipendiorum. 20. Octobris.

Proclama D. Poteſtatis Papiæ ſuper continentia Scholarium, & de prohibitis ſpupilationibus. 6. Novembris.

Literæ Civitatis D. Senatori Gerardo ſuper exceſſibus Scholarium. 16. Decembris.

1596. Ne quid innovetur circa juramentum de ſufficientia Laureandorum. 3. Julii.

Aliud Decretum ſuper eodem.

Literæ cum Tabulis Profitentium Jus Canonicum, & Civile, ac Theologiam, & Artes in Studio Papiæ cum aſſignatione ſtipendiorum. 16. Octobris.

1597. In relatione Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Antiſtitis Papiæ ad Sanctam Sedem varia de Studio, & Univerſitate Papiæ.

Ordo D. Referendarii Papiæ Datiariis ejuſdem Civitatis pro relaxu Pignorum captorum in præjuditium Maſſariorum Lectoris Papiæ attenta ejus exemptione a ſimilibus Datiis. 2. Aprilis.

Proteſtatio D. Phyſici Peroti pro ejus admiſſione inter numerarios Coll. DD. Phyſicorum Papiæ. 27. Junii.

Literæ cum Tabulis Profeſſorum Univerſitatis Papiæ cum aſſignatione ſtipendiorum. 31. Octobri

1598. Pro ſumendis informationibus expoſitorum in Epiſtola Conſiliarii Nationis Januenſis ſuper differentia orta inter D. Judicem Maleficiorum Papiæ, & Scholares Studii. 22. Maii.

Preces Conſiliarii Generalis Status ſuper præcedentia cum Conſiliario Mediolanenſi.

De præcedentia Conſiliario Mediolanenſi debita ſuper Conſiliario Generali Status &c. 30. dicti.

Super controverſia prædicta, ut certiorentur partes de utriuſque earum jure in præcedentia prædicta. 15. Junii.

Literæ cum Tabulis Lectorum, & ſtipendiorum Studii Papiæ. 29. Octobris.

1599. Relatio R. D. Vice-Cancell. in cauſa dictæ præcedentiæ, & de poſſeſſione Conſiliarii Mediolanenſis ſupra Generalem Status. 10. Januarii.

Quod Conſiliarius Mediolanenſ. manuteneatur in poſſeſſione præcedentiæ cum Conſiliario Status. 12. dicti.

Fides D. Cancellarii Civitatis de immemorabili præcedentia Legiſtarum ſupra Medicos. 25. utſupra.

Literæ Senatus favore Lectorum pro relaxu Pignorum in eorum præjuditium captorum pendente cognitione eorum immunitatis, cum ſupplicatione Lectorum. 19. Septembris.

Literæ cum Tabulis Profeſſorum Studii Papiæ, & aſſignatione ſtipendiorum. 27. Octobris.

1600. Literæ cum Tabulis Lectorum Univerſitatis Papiæ, & aſſignatione ſtipendiorum utſupra. 15. Octobris.

Reſponſum R. D. Cancellarii Papiæ ſuper concernentiis ad Studium. 5. Novembris.

1601. Literæ cum Tabulis Profitentium Jus Canonicum, & Civiles, Theologiam, & Artes Liberales in Univerſitate Papiæ cum aſſignatione ſtipendiorum. 25. Octobris.

1602. Delegatio facta per Excellentiſs. Mediol. Senat. in Judicem Prætorium Papiæ, ut cognoſcat in cauſa immunitatis DD. Lectorum cum precibus eorundem. 11. Februarii.

Literæ Magiſtrales D. Senatori Laurentio Polo Poteſtati Papiæ adverſus Lectores Studii in cauſa eorum immunitatis Datiorum, Intratæ, & Unitorum Papiæ. 27. Junii, *cum reſponſione anni ſequentis*.

Inſtantia DD. Agentium Civitatis, ut eligatur Civis ad Cathedram Jur. Civil. Ordinar. Matut. 2. Julii.

Literæ Civitatis D. Senatori Rippæ pro eadem cauſa. 6. dicti.

Pro ſumendis informationibus circa præcedentiam inter Doctores de Collegio Phyſicorum, & Lectores. 9. utſupra.

Pro aliis informationibus circa prædictam præcedentiam. 3. Auguſti.

Pro controverſia præcedentiæ ſuper admiſſione in Collegium DD. Phyſicorum &c. D. Jo: Baptiſtæ Mayni cum DD. Perotto, & Bochio. 8. dicti.

Literæ cum Tabulis Profitentium Jura, & Artes in Studio Papiæ, & aſſignatione ſtipendiorum. 20. Septembris.

Tranſmiſſio ad Senatum Relationis informationum de quibus ſupra &c. 15. Octobris.

Pro retromiſſione Rotulorum, ut addatur D. Moronus electus ad Lecturam D. Rectoris cum aptatione, & retromiſſione &c. 26. & 28. dicti, & primo Novembris.

